



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



K
15

Dr. 6747



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN





S. O D I L O A B B A S.

Cura defunctorum.

Deus, qui S. ODILONI inspirasti, Ecclesiam tuam, ad subsidium Animarum Purgatorii, annue excitare; da nobis maculas omnes ita hic eluere, ut ipsis juvandis aptiores, poenias ibi tolerandas evadere mereamur.

Ora pro fidelibus defunctis,



ODILO, in Avernia nobiliter natus, & Benedictinam Regulam sub institutione S. Majoli professus Cluniaci; ita se in monastica exercitatione probavit, ut magister senescenti sibi ipsum in adjutorem successoremque eligi fecerit. Mortuo Majolo, monasteria multa nova extruxit, vetera reduxit ad observantiam, per Gallias, Hispanias, Italiam, & Germaniam; in itineribus fere perpetuis gratum ubique relinquens suæ virtutis odorem, cum fulgore miraculorum. Annuam Fidelium defunctorum commemorationem primus induxit apud suos, exemplo ab universali Ecclesia suscepto. Etiam grandiori ætate sua per se lustrabat monasteria: quod agens, anno 1049 defunctus est, Silviniaci in Arvernia: ubi nunc ejus requiescit corpus. Vitam Lotsaldus Discipulus, & S. Petrus Damianus singularis amicis scripserunt, quorum de illo lucubrations habentur.

Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.
2 Machab. 12.



S. GENOVEFA VIRGO.

Sincera fides.

Fac, Deus, ut S. Genovefæ memoriā recolentes, in tui amoris fervore proficiamus, inflammante nos fidei talis exemplo, per quam ipsa nunc tecum in gloria regnat.

*Ora pro fidei inter nos conservatio-
ne, &c.*

s, &
stitu-
ita se
, ut
uto-
rtuo
uxit,
Gal-
iam;
ubi-
cum
elium
rimus
ersali
ætate
quod
Silvi-
equi-
scipu-
amis-
ubra-

o de-
ntur.

GENOVEFA Nemetodoro vico, ad septem
leucas Parisiis dissito nata, anno 429
a transeunte istac S. Germano Autissiodo-
rensi, Christum sponsum optare docta
necdum decennis; mortua matre Parisios
se contulit, & quam rure attulerat inno-
centiam servavit in urbe, aliis virginibus
ad exemplum; quibus tamen omnibus
singulari præcelluit vitæ rigore. Pluribus
eam Deus miraculis honestavit; & civi-
tati, fame extrema laboranti, per eam co-
piose prospexit de panibus. Hinc collecto
populi favore bene usâ, S. Dionysii basi-
licam ædificavit: quamvis illam de hy-
pocrisi sugillarent aliqui, coacti demum
conticescere, propter multa miracula, pa-
trata ad tumulum Virginis, ætatis anno
80 defunctæ, Christi circiter 500. Cum
deinde metu Normannorum sub annos
887 & 89 alio ferretur bis corpus; multi-
plicata fuere prodigia: quæ nunc quoque
continuantur, in sui nominis apud Parisios
ecclesia, ubi requiescit.

*Finis precepti est charitas, de corde pu-
ro, & conscientia bona, & fide non ficta.
Tim. 1.*



S. PHARAILDIS VIRGO.

Mortificatio cupiditatum.


Sponse Virginum Christe, qui S. Pharaildem etiam in conjugio servari intemeratam voluisti; da ut carnis desideria reprimentes, ad purissimi vultus tui conspectum pervenire mereamur.

Ora pro castitatis amatoribus.

¶

PHARAILDIS regio stemmate apud Brabantos nata, atque à S. Gertrude cognata sua de baptismo suscepta, ei haud dispar virtutibus fuit. Comiti Guidoni preter suam voluntatem nuptui data, obtinuit à Deo, ut is ipsam cogeretur virginem relinquere: eodem autem mortuo, in casta viduitate usque ad annum ætatis 90 perseveravit, defuncta circa 740. Colitur etiam 7 Octobris, eo quod Agilbertus, Leodiensis Episcopus & Abbas S. Bavo-nis, tali die corpus Gandavum attulerit, ubi ipsi ecclesiam cum Collegio Canonicorum erexit: qui deinde ad S. Nicolai cum parte sanctorum ossium sunt translati. Plura facella eidem consecrata adhuc reperiuntur in Brabantia: & inter cetera ejus miricula censetur anser, à morte restitutus in vitam, qui eidem appendi solet.

Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam. Thess. 3.



S. SYMEON STYLITA.

Desiderium cœlestium.

Deus mirabilis in Sanctis tuis, qui
S. Symeonem docuisti, non solum
spiritu, sed & corpore supra terram
efferri; da ut, qui eum in uno non
possimus, in altero imitari studentes,
facilius cœlestia capiamus.

Ora pro terrenorum amatoribus.



Tredeccennis SYMEON, audiens aliquid legi de animæ continentia, doctusque eam in monasteriis obtineri, illuc se, dismissis quas pascebat ovibus, contulit. Sed inusitatis ibi modis carnem macerans, ideoque expulsus, in puteum sese profundum recepit. Postea, etiam corpore supra terram elevaturus sese, cœpit rupes in columnas formare, atque in ligneo desuper sex pedum modio habitare, & ibi totum se contemplationi cœlestium tradere. Illustratus creberrimis circa infirmos & energumenos miraculis, vixit ad annum usque 460, ætatis 56; quando in sexta sua, eaque pedes 60 altâ columnâ defunctum, Antiochenus Episcopus inde sustulit, in Cathedrali tumulandum. Vitam Antonius discipulus scripsit. Institutum secuti sunt plurimi, dicti à columnis Stylitæ, quales hodie多um multi in Moscovia reperiuntur.

*Gloria in confusione ipsorum, qui terra-
na sapiunt: nostra autem conversatio in e-
tatis est. Philip. 3.*



S. GERLACUS EREMITA.

Tempestiva pœnitentia.

Deus qui B. Gerlacum, per austere pœnitentie rigorem, meritorum amplitudine & miraculorum gloria sublimasti, da ut ejus patrocinio tuæ majestati reconciliati, indignationis tuæ supplicia in hoc & futuro seculo evadamus.

Ora pro differentibus pœnitentiam.

6

5 V JANUARII.

GERLACVS, in Traiectensi ad Mosam
territorio Miles nobilis seculoque im-
mersus; audita conjugis morte, conver-
sus ad pœnitentiam, loricam supra cili-
cium induit anno circiter 1156: & Romam
profectus nudipes, ab Adriano Papa IV
absolutionem suscepit. Inde regressus in
patriam, sub cava quercu juxta Falcobur-
gum vivere instituit, in summo rigore &
abstinentia; donec arbor jussu Episcop
Leodiensis succisa ei fuit, propter pecu-
nias, quas ibi dicebatur absconditas habe-
re. Abbatij deinde Rodensi commendatus
& virtutibus æque ac miraculis clarus, post
annos 14 à sua conversione, meruit Viatio-
cum suscipere de manibus S. Servatii, cu-
jus sepulcrum solitus erat quotidie visita-
re. Fons qui ei aquam præbens ter vinum
ministravit, salutifer postea cunctis biben-
tibus fuit; & anno 1599 post sacrorum
ossium elevationem denuo repertus, no-
vas cœpit emanare gratias. Vitæ & mira-
culorum historia habetur à supparis ævi au-
stori conscripta.

*Non tardes converti ad Dominum, Or
differas de die in diem. Ecli. 5.*

Mosam
que im-
onver-
ra cili-
omam
ipa IV
ssus in
cobur-
gore &
piscop
pecu-
s habe-
ndatus
s, pos-
Viati
ii, cu-
visita-
vinum
biben-
rorum
s, no-
c mira-
xvi au-



SANCTI EX ORIENTE MAGI.

Promptitudo ad Dei vocationem.

Deus qui Unigenitum tuum Magis, in
Oriente positis, novæ stellæ exortu
revelasti; concede propitius, ut quite
jam ex fide cognovimus, usque ad
contemplandam speciem tuæ celsitu-
dinis perducamur.

Ora pro tardis ad Dei vocationem;

¶

, Or n.

Hi sancti MAGI (qui numero TRES, conditione REGES fuisse putantur) cum essent in Oriente positi, novam stellam, ipso verosimiliter die quo Verbum Caro factum est exortam, diutius contemplati; tandem divinitus didicerunt, signum esse nati in Judæa Regis, quem adorare jubebantur. Itaque Hierosolymam profecti, ex Herode intellexerunt, puerum Bethleemini requirendum: eoque à stella iterum apparente deducti, & ingressi signatam ab ea domum, in qua jam anniculus Jesus cum Matre erat, procidentes adoraverunt eum; atque apertis, quos attulerant, thesauris, obtulerunt aurum, thus, & myrram, Regem, Deum, Hominemque professi. Deinde per aliam viam regressi in regionem suam, quid ibi egerint, quamdiu vixerint, quomodo obierint ignoratur; nec scitur à quo vel quando corpora sint allata Mediolanū, quæ inde sub annum 1162 translata Coloniam, magno ibi cum honore servantur; nomina autem, nullo certo auctore tradita, usurpantur, GASPAR, MELCHIOR & BALTHASAR.

*Stelle vocatae sunt, & dixerunt, Adsumus,
& luxerunt ei cum jucunditate qui fecit
illas. Baruch 3.*

6
ES,
ur)
am,
aro
pla-
um
rare
ecti,
emi
opa-
do-
Ma-
at-
ob-
em,
per
uid
odo
vel
que
am,
ina
fur-
AL-
us,
ecit



S. GUDULA VIRGO.

Constantia in bonis propositis.

Deus, cui S. Gudula Virgo indefesso
constanter servivit famulatu; da ut
qui nostram inconstantiam agnoscimus,
eius roborati auxilio, non defi-
ciamus à bonis, gratia tua aspirante
susceptis.

Ora pro vacillantibus in bone,

¶

VIII JANUARII.

GUDVLA, parentum non minus sanctorum, Witgeri & Amalbergæ filia, & à sancta pariter matertera Gertrude educata; hac mortua, Hamum in districtu Bruxellensi rediit; ibique meritis & miraculis fulsit. Solebat illa quot noctibus Morselam ire, orationis causa. Id impediturus diabolus, lumen ab ancilla prælatum extinxit: quod ei oranti mox cælitus reparatum fuit. Obiit ibidem Hami circa annum 712. Corpus Normannorum metu ad varia circumventum loca, Bruxellastandum detulit Carolus Brabantinus, Ludovici IV Regis Francorum filius, ad S. Gaugerici ecclesiam: unde anno 1047 translatum est ad augustius renovatam S. Michaelis Basilicam, quæ aunc ab ipsa nominatur, velut communi urbis cum Archangelo Patronâ.

Bonum facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus, non deficientes.
Gal. 6.



B. GODEFRIDUS PRÆMON.

Contemptus mundi.

Deus qui B. Godefridum, tuæ dilectionis igne succensum, cælestia terrenis præponere docuisti; extingue in nobis amorem seculi, ut te in omnibus & super omnia diligentibus, cum ipso ad te pertingere valeamus.

Ora pro amatoribus seculi,



Cum S. Norbertus concionibus sacris
 totam commoveret Westphaliā, B.
 GODEFRIDUS Comes Cappenbergensis,
 cum fratre Ottone sic eum audivit; ut am-
 bo nuntium mundo remittentes, ipsum
 suum Castrum aliaque plura bona, con-
 dendo istic monasterio, designarint; frustra
 obtrectantibus ea causa pluribus, quorum
 unus, Godefridi sacer Comes Fredericus,
 morte etiam pervicaciam luit. Patre sa-
 pientior juvencula uxor Godefridi, ultro sa-
 crum velum suscepit. Ipse, qui sancte in se-
 culo vixerat, magis etiam in religione pro-
 fecit: & internam compunctionem ac de-
 siderium cœlestium jugibus fere lacrymis
 prodere cogebatur. Plura ædificavit mona-
 steria, atque in Elmstadiensi prius fecit vi-
 vendi finem, anno 1126, quam ætatis 30
 explevisset. Cappenbergenses Fratres, mi-
 raculorum fama moti, cum corpus reposce-
 rent, partem obtinuerunt an. 1148, & eo-
 rum unus mox Vitam scripsit.

Nolite diligere mundum, neque ea que in
 mundo sunt: quoniam mundus transit, &
 concupiscentia ejus. 1 Joan. 2.



S. FELIX PRESBYTER.

Caritas erga agrotos.

Deus infirmitatis humanæ miserator,
da omnibus , infirmos fideles, velut
membratua, exemplo B. Felicis, curan-
tibus, benignę compassionis & toleran-
tię constantis virtutes; quibus promissā
tali caritatim mercedē à te consequantur

Ora pro iis qui ministrant infirmis.



XIV JANUARII.

FELIX Presbyter, Nolæ in Campaniæ pro fide comprehensus, à carcere emissus per Angelum est, ut senem & infirmum Episcopum Maximum, quem metu in fugam egerat, requisitum soveret. Inventum ergo ac refocillatum in humero sustulit; eique apud viduam piam deposito ministravit, quamdiu duravit persecutio. Postea iterum requisitus à ministriis eos latuit intra duorum parietum angustias, quarum ingressum subitæ aranearum telæ obtexerant. Mortuo Maximo oblatum à civibus Episcopatum recusavit ac demum felici fine obiit etiam ipse; Sanctis Gregorio Turonensi, Paulino Nolano, Beda Anglo, & Marcello Diacono plurimum laudatus. Nemo tamen eorum persecutionem definit, sub qua istæc acta sint: solum dicunt, defuncti corpus apud Nolam in ecclesia quadam honorari.

Infirmus eram & visitasti me: Amem dico vobis. Quamdiu fecisti uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecisti. Mat. 25.



S. HILARIUS EPISCOPUS.

Cultus SS. Trinitatis.

Deus qui dedisti famulis tuis, S. Hilario docente, inviduæ Trinitatis tuæ gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare unitatem, quæsumus ut ejusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis.

Ora pro fide hujus mysterii dilatanda,

XIV JANUARII.

HILARIUS, nobilis Aquitanus, in con-
jugio pene Monachi vitam dixit, in-
de Pictaviensis electus Episcopus, zelum
contra Arianos exeruit talem, ut exulem
in Phrygiam deportandum curaverint.
Hic, pro mysterio Trinitatis contra eos
elucidando, 12 libros edidit: deinde alios
tres Constantinopoli: quibus Imperator
oblatis, conterriti Valens atque Ursu-
cius, Hilarium ad suam Ecclesiam remi-
tendum suaserunt. Excepit de haeresi trium-
phabundum Gallia. Anno autem 367, 13
Januarii mortuum (licet solum colatur 14)
laudaverunt Sancti Severus Sulpitius, &
Venantius Fortunatus, vitae miraculo-
rumque scriptores. Corpus an. 510 ele-
vatum, & 26 Junii collocatum in sui no-
minis monasterio, postea ad Dionysia-
nam prope Parisios Basilicam translatum
est; unde relatam Pictavos partem, su-
periori seculo Calviniana rabies dissipavit.

*Credere oportet accedentem ad Deum,
quia est, & inquirentibus se remuneratur sit.
Hebr. 11.*



S. PAULUS EREMITA.

Fiducia in Deum.

Deus, qui corvi ministerio S. Paulum
in eremo pavisti; aufer à nobis curam
omnem vixus superfluam; ut paternæ
tuæ providentiæ confidentes, expedi-
to corde nostrum tibi devotum exe-
quamur famulatum.

Ora pro nimium sollicitis,



XV JANUARII.

PAVLVS, in Thebaide inferiori natu-
parentibusque orbatus an. 15 ætat
causa declinandæ persecutionis Deciana
primum in villam ad sororem, deinde a
interiore eremum secessit; ubi spelunc
tectum; palmâ, victum ac vestitum; for
te, potum præbentibus; corvo etiam a
an. æt. 53 dimidium quotidie panem affi
rente, vixit usque ad an. æt. 117. Tu
nonagenarius Antonius divino monit
quæsitum reperit, & refectus est pane
quem eo die integrum attulerat corvus;
deinde revertens cum pallio, quod suæ sa
pulturæ Sanctus quæri mandaverat, mor
tuum invenit; leonibusque juvantibus tu
mulavit, an. 341. Constantinopolim poste
allatum corpus, atque inde Venetias, de
mum an. 1240 Regi Hungariæ Ludovico
donatum est, & in Laurentiano prope Bu
dam monasterio, usque ad civitatem à Tur
cis occupatam, in honore magno fuit: ub
etiam in ejus nomen instituta Eremita
rum Congregatio, an. 1263 Regulam
S. Augustini suscepit.

*Nolite solicii esse, dicentes; Quid mandu
cabimus? aut quid bibemus? aut quo operie
mur? scit enim Pater vester, quia his om
nibus indigetis. Math. 6.*



S. MAURUS ABBAS.

Observatio Regularum.

Deus, religiosæ vitæ institutor & fau-
tor, cuius normam per S. Maurum
Galliis inferri voluisti; da cunctis ejus
professoribus, observantiae spiritum;
& singulis nobis suæ cujusque voca-
tioni congrue ambulare.

*Ora pro languide observantibus Regu-
las, &c.*

XV JANUARII.

MAVRVS, à monasterio Casinensi de legatus in Gallias, ad S. Benedictum Regulam trans Alpes constituendam, Glan nofoliense ibidem monasterium construxit seculo Christi sexto; eiq; annis 40 præfuit in vita atque post mortem miraculis clarus. Putatur vulgo ille ipse esse, qui pro lapsu in aquas S. Placidum, super illam gradiens, salvum eduxit obedientiæ merito. Hoc certum, quod sequacibus suis exemplum reliquerit perfectæ observantia ad plurima mox per Galliam & Germaniam monasteria propagatæ. Corpus anno 868 translatum in diœcesim Parisiensem, inclito istic monasterio erecto nomen dedit: quamquam illud inde Normannorum metu sæpe alio portatum sit non sine crebris miraculis. Archimonasterio autem Casinensi brachium quoque unum obtigit, dono S. Odilonis Abbatii Cluniacensis.

Qui custodit mandatum, servat animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur. Prov. 19.



S. MARCELLUS, PAPA M.

Patientia in adversis.

Preces populi tui, quęsumus, Domine,
clementer exaudi; ut inter quascum-
que hujus vitę adversitates, B. Mar-
celli Martyris tuis atque Pontificis me-
ritis, juvemur, cujus passionis trium-
pho lętamur.

Ora pro afflictis & tribulatis.



Henr. Cauſe ſculpſit

Mortuo Marcellino Pontifice ad a-
 304, adeo Romæ ferbuit persecuti-
 ut, deficientibus qui electum MARCELLU-
 ordinarent Episcopis, Sedes vacaverit a-
 nos 4, menses 3. Fecit interim iste quo-
 potuit; tandem consecratus, sedit adhuc
 annum 1, menses fere 4. Cum autem
 etiam 24 Titulos constituisset in Urbe
 quasi diœceses quasdam; commotus Ma-
 xentius tyrannus, misit Marcellum in Ca-
 tabulum, ut bestiarum, quæ publice ali-
 bantur, curam sustineret. Inde eductum
 cum sui Clerici apud B. Lucinam colloca-
 vissent, & hujus ille ædes in ecclesiam
 consecrasset; Maxentius illuc bestias addu-
 ci jussit: inter quas, pœdore loci confe-
 stus, Sanctus obiit, anno 310. Ejus sepu-
 crum Papa Damasus versibus exornavit
 & partem corporis Abbas Altimontensis
 Ursio, seculo XI, in Comitatum Namur-
 censem ad Belgas detulit.

*Patientia vobis necessaria est; ut voluntate
 Dei facientes, reportetis promissionem.*
 Hebr. 10.



S. ANTONIUS ABBAS.

Pius Crucis usus.

Deus qui B. Antonium, per sanctæ
Crucis signum, quascumque satanæ
tentationes superare fecisti; nos quo-
que, eodem munitos præsidio, & me-
ritis illius defensos, in tuæ protectio-
nis securitate constitue.

Ors pro exaltatione S. Crnciss,



lachis delinquit

XVII JANUARII.

ANTONIVS, Ægyptius adolescens, a ditis sub Missa verbis Christi, Si perfectus esse, vade, & vende omnia quae habes, & da pauperibus; mox ea in opere deducere studuit: & Monachum induitus inter frequentes dæmonum tentationes in se exercevit; ut ceteri omnes, mirifici multiplicati ad exemplum ejus, ipsum per Patrem communis haberent. Ad interiorem eremum progressus, vitam in summa austeritate traduxit, usque ad ætatis annos 103, Christi 356, innumeris miraculis ubique celebratissimus, & dæmonibus maxime formidabilis, contra quos signo Crucis se obarmabat. Corpus sub Justiniano Imp. Alexandriam, deinde circa 980 Viennensem Galliæ Provinciam delatum. Comite Jocelino, peregrinorum ex toto Europa confluentium accursu honoratur; condito ad illud ample monasterio & Ordine Antonianorum instituto.

*Verbum Crucis, iis qui salvi sunt, Dei vi-
sus est. 1 Cor. 1.*



SS. MARIUS & MARTHA MM.

Concordia studium.

Deus qui conjugale foedus ad Sacra-
menti dignitatem extulisti ; per eam,
qua SS. Marius & Martha uniti fue-
runt concordiam , da cunctis eodem
nexu ligatis parem inter se pacem, &
in pia liberoru educatione successum.

Ora pro pace inter conjugatos,

6

Ad uisum Patronum

Tempore Claudii Imperatoris, ann
 270, ex Perside Romam advenit pa
 nobile conjugum, MARIVS & MARTHA
 cum filiis AVDIFAX & ABACVM. Ibi
 scente persecutione, cum se visitandis
 carcere Confessoribus, & Martyribus sep
 tura donandis, studiose impenderent; ad
 ducti ad tyrannum, primum fustibus con
 cusi, & carentibus laminis ustulati, ca
 pite simul omnes damnati sunt. Et Mari
 quidem ac filii, præscissis manibus collo
 que appensis, tracti sunt ad lacum Nym
 pha dictum, ibique decollati coram om
 nes adhortante MARTHA: hæc vero ulti
 ma supplicium tulit, pariter cum ipsis ib
 dem tumulata. Corpora postea in S. A
 driani translata, ibidem an. 1590 sub a
 tari reperta, decentiusque elevata sunt
 Nonnullæ etiam eorumdum Reliquiæ Gem
 blaci in Brabantia, & Cortraci in Flandri
 honorantur.

Res probata coram Deo & homini
 bus, vir & mulier bene consentiente
 Ecli. 25.



S. CANUTUS REX M.

Imitatio Dominicæ Passionis.

Deus qui B. Canutum Regem martyrii
palma & gloriosis miraculis decorare
dignatus es: da ut sicut ille Dominicæ
passionis imitator fuit, ita nos per
eius vestigia gradientes, ad gaudia sem-
piterna pervenire mereamur.

Ora pro Septentrionalium reductione,



Societatis Iesu

XIX JANUARII.

CANVTVS, Daniæ Rex, eximio pro-
movendæ per Septentrionalia regna fi-
dei Christianæ excellens ardore; laudatu-
à liberalitate erga ecclesias, severitate in
suum corpus, eleemosynarum largitate, &
assiduitate precum. Is contra Willelmum
Normanum, Angli regni invasorem
instructam cum exercitu classem Olao fra-
tri commendarat: sed hic, credita sibi ar-
ma convertens in Regem, in partes sua
traxit populum, jam ante commotum, eo
quod Canutus Decimas solvendas, Lege
Ecclesiæ servandas, transgressores punien-
dos sanxisset. Conspiratione intellecta, ad
S. Albani ecclesiam pius Rex accessit; ubi
saxis telisque petitus, dein lancea confos-
sus, coram altari occubuit justitiæ victi-
ma, 1080 die 10 Junii: sed 19 Januarii co-
lendum Clemens X decrevit.

*Christus passus est pro nobis, vobis relin-
quens exemplum, ut sequamini vestigia ejus.*
1 Pet. 2.



S. SEBASTIANUS. MART.

Fervor fidei.

Deus, qui S. SEBASTIANVM, in tux fidei professione ferventem, geminata martyrii palma decorasti, & ad pestilentiam sistendam dedisti Patronum; plebem tuam, à plaga illa liberam, tuo amore fac ardere.

Ora pro avertendâ pestilentia plagâ,



17 XX JANUARII.

SEBASTIANVS Mediolanensis, Diocles
ni Imperatoris ita sibi demeruit
tiam, ut ab eo renuntiatus sit primæ
hortis Præfectus. Erat is clam Christian
& carcere detentos fideles visitans, pot
omnes adhortatione animabat ad mar
rium, multos etiam adducebat ad Ch
ustum. Id cum latere Diocletianum
posset, dure increpitus, & militum sag
datus est configendus. Ita mortuus puta
tur: sed spirantem adhuc reperit, cor
curatura Irene, Castuli Martyris vidua,
que in domum suam sustulit. Curatis v
neribus, iterum ille se obstupescenti D
iocletiano sistit, tyrannidem ejus redargue
& jussus plumbatis coram eo contum
emisit spiritum an. 287. Corpus in pu
cam cloacam abjectum, ad Catacumbas
tulit S. Lucina: ubi postea Constantinus
signem erexit basilicam, unde allatæ an
680 in Urbem Reliquæ, eam à peste li
tarunt: ex eoque tempore Sanctus coli
contra pestem Patronus. Acta S. Amb
sius scripsit. Reliquæ variis coluntur loc
nominatim autem Eberspergæ in Bava
Societatis Jesu Patribus locum curantib
Probatio vestrae fidei, multo pretiosior an
quod per ignem probatur. 1 Petri 1.



S.AGNES VIRGO M.

Horror impuri alloquii.

Deus, qui S.AGNETEM, tui amore
succensam, fecisti omnem carnalis af-
fectus mentionem aversari; sepi aures
nostras spinis timoris tui, ut nihil per
eas irrepat castitati contrarium.

Ora pro tutela castarum aurium,

¶

AGNES, virgo Romana, ætatis suæ anno
 13, experta ad nuptias à filio Sym-
 phronii Urbis Præfecti, eum repulit gene-
 rose. Pater, filio morem gesturus, Christia-
 nitatis titulo ream adduxit ad tribunal
 suum: & in proposito fidei castitatisque te-
 nendæ constantem, jussit ad lupanar nu-
 dam duci. Eo ingressus procax juvenis, &
 ab Angelo, qui Virginem splendidæ veste
 texerat ac tuebatur, percussus, æternum
 perierat, nisi vitam ei precibus suis exoraf-
 set. **AGNES.** Agnovit ille resuscitatus benefi-
 cium; agnoscebat & pater: sed prævaluit ti-
 mor concitatæ ad seditionem multitudi-
 nis. Ergo Vicario suo rem committit; hic
 circum ipsam rogam extrui jubet: cuius
 flammæ cum Virgini nihil nocerent,
 immissus ad ipsam lictor, gladio percus-
 sit. Imperatorem, sub quo res acta, nescivit
 vel non curavit nominare. **S. Ambrosius,**
 luculento eam sermone prosecutus, tam-
 quam toto orbe celebratissimam. Celebri-
 tatem auxerat virgo **Constantia**, Constan-
 tini Magni filia, ad **AGNETIS** sepulcrum sa-
 nata, cum ad conditam ibi basilicam vitam
 reliquam ageret, una cum aliis multis.

*Sepi aures tuas spinis: linguam nequam
 noli audire. Eccli. 28.*

18
nno
sym.
ene-
stia-
unal
e te-
nu-
, &
este
um
ras-
efi-
tti-
udi-
hic
ijus
nt,
eus-
ivit
ius,
um-
ori-
an-
sa-
am
am



S. VINCENTIUS DIAC. M.

Verbi Dei frequens auditio.

Deus, qui populum tuum, S. VIN-
CENTII prædicationibus eruditum,
passionis ejus exemplis ac meritis in
fide confirmasti; da nobis, verbi tui
prædicatores devote audire, & audita
opere ipso adimplere.

Ora pro Prædicatoribus verbi Dei,

¶

19 XXII JANUARII.

Pro Valerio, Cæsaraugustano Episcopo, quia is erat impeditioris lingua prædicationis officio fungebatur Diaconus **VINCENTIVS**; cum illuc venit an. 303 Dicianus Præses, à Diocletiano in Hispaniam ad exterminium Christianorum est missus. Hic comprehensum utrumque pertraxit Valentiam; relegatoque in exilium senectutem indigne in quem suas experiretur vires aggressus est, Vincentium omni tormentorum genere excarnificare: Vngulis enim laniatum, explicavit in craticula ferre prunis subjectis torrendum; semitostum autem inclusit carceri, testulis strato; quo usq; immortuus cruciatui est. Animus, liber evolavit in cælum: corpus, feris frustra expositum, tum culeo insutum ac mari mensum, sed littori redditum, Christiani religiose sepelierunt. Postea occupantibus Hispaniam Saracenis, pars in Castrensem Occitaniæ Abbatiam an. 854 delata est pars in Lusitaniam: quam deinde inventam Rex Alfonsus I deferri fecit Ulissiponem an. 1147 de Mauris receptam. Utrobius multa mox patrata miracula, quæ scripta editaque habentur.

Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Luc. 11.

Episc
ngua
acon
3 D
ania
nissu
rtrax
ne, v
vire
rmen
s eni
ferre
ostu
qu
nus,
frustr
i me
i rel
us H
enser
a est
entan
onem
biqu
cript
custo



S. ANASTASIUS PERSA M.

Sanctæ Crucis veneratio.

Deus, cuius misericordiâ S. ANASTASIUS virtutem Crucis tuæ cognovit, & patiendo commeruit fructum; fac ut divinitatis tuæ cognitio inter Persas restorescat; & nos, redempti sanguine tuo, æternum salvemur.

Ora pro Christianis in Perside,



XXII JANUARII.

ANASTASIUS, priori nomine inter Persas Magundat, Chosroë Persar Imperatori anno 620 militabat, fratre suum Saïn usque Chalcedonem secutus, ceim. Ibi mysterium Crucis edoctus, rece à castris, ivitque in Palæstinam: & pro Hierosolymas factus est monachus. Legatis porro Martyrum passionibus tandem exarsit, ut septimo anno suæ conversi nis, nequiens ultra ibi se continere, Cæream adierit. Ibi palam professus se Christianum, & magiam, cui puer fuerat initus, explodens; delatus est Barzabani Prefecto. Hic varie tentatum cruciatumq; mancipavit carceri; jussu deinde Chosroë misit in Persidem; ubi demum solicitar cruciatusque, tandem una cum aliis strangulatus est. Caput ad se deferri voluit Chosroës: quod deinde, una cum sacri vultu iconi, dæmonibus formidabili, pervenit Romam ad monasterium, olim ad Aquas Salvias, nunc SS. Vincentii & Anastasi nominatum: ejusque rei meminit Synodus Nicæna II anno 787. Ibi hodieum capi iconiq; servatur, qualem hic sculptam vide.

Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Jesu Christi; in quo est salus, vita resurrectio nostra. Brey. Rom.



S. EMERENTIANA V. M.

Sanctorum corporum veneratio.

Deus, qui B. EMERENTIANAM, ad S.
Agnetis tumulum orantem, baptizari
suo in sanguine voluisti; da nobis ita
venerari sanctorum apud nos Marty-
rum corpora, ut patrocinii quoque ef-
ficaciam sentiamus.

Oratio pro Catechumenis,

eg

21 XXIII JANUARII.

Scribit S. Ambrosius, quod cum omnibus
turba Christianorum concurreret ad
cum, ubi S. Agnetis parentes corpus virg-
nis via Numentana posuerant; fugientibus
ad Paganorum supervenientium armata
multitudinem ceteris, sola EMERENTIANA
quæ fuerat collactanea Agnetis, licet cat-
chumena, intrepida & immobilis staba
exprobrans eis, quod pro defensione la-
deorum deorum homines innocentes
gularent. Quare à turbis furentibus la-
data, & suo in sanguine baptizata, ora
juxta sepulcrum Agnetis, emisit spiritum.
Venientes autem hujus parentes abstul-
runt EMERENTIANÆ corpus, & posueru-
nt in confinio ejusdem agelli. Propriam o-
Basilicam Romæ ipsa habuit, quam colla-
bentem, æque ac S. Agnetis ecclesiam, sed
lo 8 restauravit Hadrianus I. Sed eâ ru-
sum destructâ, translatum est corpus ad
Agnetis: & sic Paulus V, utrique pretiosissi-
mam aram erigens, utriusque sacra pignora
sub ea composuit, intra argenteam arca-
m 5000 aureorum æstimatam.

*Ossa vestra quasi herba germinabunt:
cognoscetur manus Domini servis ejus.
Ils. 66.*



S. JOANNES ELEEMOSYN.

Liberalitas erga pauperes.

Deus, qui B. JOANNEM, tux infinitæ
liberalitatis erga omnes imitatione
mirabilem, profusum etiam erga in-
opes quoscumque videri voluisti: fac
nos benigne subvenire corporibus
quorum tu animas redemisti.

Ora pro pauperibus hujus civitatis,

¶

IOANNES, Amathunte in Cypro natus, & Jan. 606 Alexandriæ in Ægypto creatus Patriarcha; uno quo sedit decennio, tam liberalem se erga pauperes præsttit, ut testamentum conditurus, unum solum tremissim invenerit de quo disponeret, ex 80 centenariis auri, donisque infinitis, quæ Episcopatum adeptus repererat, ELEEMO-SYNARII cognomen ex re adeptus. Alebat ille 7500 pauperes quotidie: quæ autem in alios cujuscumque generis egenos contulit beneficia, quamque liberalem vicissim expertus Deum sit, & cetera sanctitatis ejus insignia; primi descripsere, Joannes Mochus, atque Sophronius postea Jerosolymæ Patriarcha. Leontius deinde, Neapoleos in Cypro Archiepiscopus, accepta ab illis auxit, narratione obitus & secutorum miraculorum. Obiit autem Amathunte, (quo recesserat, præscius occupandæ à Persis Alexandriæ) an. 616 II Novembris, sed colitur à Græcis, post translatum Constantinopolim incorruptum corpus, die 12, à Latinis autem recentioribus assumptus in Fastos hoc die est, forte quia Translatio Constantinopoli Budam nunc facta est.

Dispersit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in seculum seculi. Ps. III.

22
s, &
eatus
tam
ut te-
n tre-
ex 80
qua
EMO-
lebat
em in
ntulit
m ex-
s ejus
Mo-
soly-
eapo-
ta ab
orum
ante,
dæ
ibris,
Con-
ie 12;
tus in
llatio
est.
eju



S. ILDEFONSUS ARCHIEP.

Defensio honoris Mariani.

Sanctissimæ Genitricis tux pugilem
ILDEFONSVM commemorantes. Do-
mine; fac nos imitari quod colimus;
& illius honorem intrepide propu-
gnantes, protectionem utriusq; apud
te promereri.

Ora pro devotis Mariae Virginis,

150

ILDEFONSYS sive ALFONSVS, Toleti natus, primam ad Clericatum institutionem Hispali hausit à S. Isidoro: deinde reversus in patriam factusq; Diaconus, Agliensi monasterio præfectus est Abbas quoad Eugenius Archiepiscopus obiit quando in hujus locum an. 657 electus est & ordinatus. Hic cum S. Leocadiæ festum in confessu frequenti Procerum celebraret visus est elevari lapis immanis, sub quo sanctæ Martyris corpus condebatur; ipsa se attollere ac dicere, Deo gratias, vivi Domina mea per vitam ILDEFONSI; ea quod his dictis se reclinante, clausus iterum in visibili manu tumulus est. Rursum, cum agendæ solennitati Marianæ, mane se pararet Sanctus, conspecta hæc est, insiden Episcopali throno; ad seque vocatum induit miri splendoris casula, quæ etiam num servatur. Nempe virginitatem illius contra hæreticos, ipsam tunc negantes, sermonibus librisque defendebat; & talis pio labore referebatur gratia. Obiit anno 661. Corpus ad S. Leocadiæ locatum, sub incusione Maurorum Zamoram delatum fuit & latuit usque ad Alfonsi VIII tempora.

Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis
& non delebo nomen ejus de libro vita. Ap



S.RAYMUNDUS de PEÑAFORT.

Frequens usus Confessionis.

Deus, quia B. RAYMUNDVM, Pœnitentiæ ministrum insignem elegisti, & per maris undas mirabiliter traduxisti, da nobis dignos fructus pœnitentiæ facere, & ad portum salutis æternæ pervenire.

Ora pro Confessariis,

¶

RAYMUNDVM Barcinonensem, ex nobilis familia de Peña-forti, humanioris litteratura; jurisque civilis atque canonica peritia optime instructum, ac doctorali laurea insignem, Bononiae reperit Episcopu suus Berengerius; ac multis cum precibus reduxit in patriam, & ut ibi Canonicus atque Præpositus crearetur effecit. Tum caducum omnia despiciens, Ordini Prædicatorum tradidit an. 1222, æt. 45, in eoque sanctissime vixit usque ad obitum, qui fuit 6 Januarii 1275, æt. 98. Emicuit in eo magna ergo omnes præsertim captivos caritas, ex quo dignum illum Deus habuit, qui cum Jacobo I Aragonum Rege, cui a Confessionibus erat, similiter divinitus impulso, Ordinem S. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum institueret, sub S. Petro Nolasco primo illius Generali, cui & Regulas scriptas a Gregorio IX probatas. Post ab eodem Romanum evocatus, factusque Confessarius Pœnitentiarius Papæ, Decretalium volumen collegit, & biennium functus est munere Generalis Magistri: quo deposito in patriam rediit, Inquisitor Apostolicus, vita atque post mortem clarus miraculis.

Misereris omnium (Domine) & dissimilata peccata hominum propter pœnitentiā. Sap.



S. TIMOTHEUS EPISC. M.

Libera legis Dei confessio.


Deus, qui S. TIMOTHEVM, fidei zelo
succensum, contra idololatras stare in-
trepidum fecisti; concede, ut legis tuæ
sanctæ professores fideles, & ore &
opere, inveniamur.

Ora pro desolatis Ecclesiis Asiae,
¶

23. XXIV JANUARII.

TIMOTHEVS, Lystris in Lycaonia natu-
ex patre Gentili & matre Iudea, Chri-
stianam colebat religionem, cum in ea loco
venit Paulus Apostolus. Hic fama commo-
tus, quae de illius sanctitate percrebuerat
ipsum adhibuit socium suae peregrinatio-
nis. Cum autem ambo Ephesum venissen-
tib; **T**IMOTHEVS est ordinatus Episcopu-
s ab Apostolo, ut eam Ecclesiam gubernare.
Hujus quoque ad illam duæ leguntur Ep-
stolæ, Laodiceâ & Româ datae: quibus
pastoralis officii cura confirmatus; cum
crifciu[m] quod uni Deo debetur, fieri do-
monum simulacris terre non posset; popu-
lum Ephesinum, Dianæ in ejus festivitatibus
immolantem, ab illa impietate removens
conatus, lapidibus obrutus est; ac per
mortuus a Christianis ereptus, & in mor-
tem civitati vicinum delatus, obdormivit
in Domino, anno ab Incarnatione 98. O-
sa ejus, una cum corpore S. Andreæ & o-
sibus S. Lucæ, sub Constantio Imp. tra-
nslata Constantinopolim sunt seculo 4.
templum SS. Apostolorum; & ibidem in-
venta seculo 6, cum illud Justinianus Im-
perius eversum restauraret.

*Loquebar de testimoniis tuis in conspectu
Regum, & non confundebar. Psal. 118.*



S. POLYCARPUS EPISC. M.

Constantia in Dei servitio.

Deus, qui S. POLYCARPI constantem
in tuo obsequio voluntatem, post an-
nos octoginta sex, voluisti per ignem
clarescere; da nobis, ejus exemplo ani-
matis, ad finem usque tuis indefesse
mandatis inhærere.

Ora pro finali perseverantia justorum.

¶

XXVI JANUARII. 20

POLYCARPV^S adhuc puer, ex Orient^e Smyrnam adductus venalis; atque Callista matrona religiosa redemptus, est dem adultior pro œconom^o fuit. Illa absente cum aliquando annonam totam in pauperes distribuisset, prodigalitatis accusatus, cellaria omnia implevit precando. Postea à S. Buculo Episcop^o sacris ad motus Ordinibus, denique & successor mortu^e electus fuit, & à S. Joanne Euangelista, ferunt, ordinatus. Hoc in gradu varia patravit miracula, quæ leguntur in Vita, seculo 4 à Pionio scripta, anteriores, etiam coevos auctores secuto. Constat eum sub An^ceto Papa jam fere centenarium Romanum venisse, ob motas circa diem celebrandi Paschatis controversias. Inde reversus, vidente per Asiam persecutione, nec latere valens, ultro se dedit in quærentium manus anno 167: nullisque Proconsulis ministri persuasus Christum negare, cui annis 80 servisse gloriabatur, incenso circum rogo sub eo, velut aurum in fornace conspectus est lucere, quoad expiravit, die non satis inter auctores certo.

Qui perseveraverit usque in finem, hunc salvus erit. Matth. 24.



S. PAULA VIDUA.

Devotio erga infantiam Christi.

Deus, qui B. PAVLAM docuisti, Romanæ Urbis majestati præferre speluncæ Bethleemiticæ humilitatem; da nobis tuæ nativitatis mysteria pie meditando recolere, & ad vitam renasci sempiternam.

Ora pro recuperatione Terra-sanctæ,

¶

PAVLA, nobilissimo genere Romæ edita anno 347, & paris claritatis viro Totoxio nupta; cum quatuor ei filias, filium unum genuisset; eodē orbata fuit an. 379 totamque se dare cœpit operibus caritatis. Cum autem hospitio quoq; exceperisset SS. Epiphanium atque Paulinum Episcopos eorum exemplis & verbis sic incaluit, certa procul à patria & amicis Deo solivere, dimissis liberis opibusque, & solo Eu-
stochii filiæ carissimæ comitatu contenta in Syriam abnavigarit an. 384. Quanticum religione loca sacra obierit, quam ex miis virtutibus fulserit, quo hæreticorum odio, sacrarum litterarum studio, pœnitentiæ rigore se exercuerit, juxta eam speluncam quam mundi Salvator nascendit consecravit; luculenter descripsit ejus ibidem spiritualis pater, & mortisan. 40 obitæ spectator, Hieronymus. Triennium angusto hospitiolo usa, reliquos annos egit in monasteriis: in quibus plurimas sanctas virgines, suo affectas exemplo, alebat in instruebatque; donec juxta dominicus Præsepe sepeliretur.

Parvulus natus est nobis, & filius datus nobis, & factus est principatus super humum ejus. Isa. 9.



S. JO. CHRYSOSTOMUS EP.

Animus humano respectu major.

Deus, qui S. JOANNEM CHRYSOSTOMVM, Ecclesiæ Doctorem eximum, humanis respectibus superiorem fecisti; da nobis nulla cujusquam, vel hominis reverentia, vel mali formidine, abduciab eo quod coram te rectum est.


Ora pro extirpandis adulatoribus,

G

XXVII JANUARII. 23

JOANNES, Presbyter Antiochenus, propter aureum eloquentiae flumen dictus. CHRYSOSTOMVS, dignus omnino fuit, cui & scribenti & dicenti multa dictasse videatur. Paulus Apostolus, quem omni vita mirifico coluit. An. 398 factus Episcopus Constantopolitanus, cum carpendiis potentiorum vitiis & Imperatricis Eudoxiae avaritia castiganda, multorum odia incurrit; damnatus exilio est a conspiratis in eum Episcopis. Populo autem ejus desiderium non ferente, reductus in Sedem, cum ludos ad argenteam Reginae statuam fieri prohiberet; eadem agente, rursus expulsus, ærum nosam in Armenia vitam duxit; multis interim ad salutem proficuus. Quia vero & Innocentius Papa, & Imperator Honorius instabant apud Arcadium, ut JOANNES restitueretur; crebra molestaq; exilii mutatione approperata ei mors est; quam optimus comparatus exceptit, in æde S. Basilisci prope Comanas, an. 407. æt. 59, 14 Septembris. Inde Theodosio Juniore, parentibus veniam exorante, revectum corpus in Regiam est anno 438, ac denique translatum in Vaticanam hoc die.

Loquere ad eos quæ ego præcipio tibi: formides à facie eorum. Jerem. 1.



S.FRANCISC. de SALES EP.

Æqualis in omnes caritas.

Deus, qui ad animarum salutem, B.
FRANCISCVM SALESIVM omnibus
omnia fieri voluisti; concede, ut carita-
tis tuæ dulcedine perfusi, ejus diri-
gentibus monitis ac suffragantibus
meritis, æterna gaudia consequamur.

Orapro Ordine Visitationis B. M.

¶

FRANCISCVS, in Salesio Illobrogum
stro, ex ejus loci Toparcha natus an
1567, studiorum cursum Parisiis Patavi
absolvit; deinde in æde Lauretana ve
perpetuæ virginitatis votum innovavit.
patriam regresso, Senatoria dignitas ob
recusataque est, suscepta Sacerdotalis,
Episcopo Geberensi Garnerio. Hic
ejus opera, ad retacendos ab hæresi Cal
ianæ subditos sibi populos, feliciter u
eret, multis eorum millibus ad catholicu
fidem adductis; Coadjutorem eum sibi in
petravit, &c an. 1602 vita functus, habi
successorem. Ex hoc gradu sanctitatis si
radios undequaque diffudit FRANCISCV
zelo ecclesiastice disciplinæ, pacis studi
misericordia in pauperes, omnique virtu
conspicuus. Sanctimonialium novum
dinem, à Visitatione B. M. dictum insti
ipsumque & Ecclesiam universam infor
vit scriptis, cælesti doctrina plenis. Den
anno 1622 Lugduni obiit 28 Decemb
unde Anesum delatum corpus, tantis
miraculis claruit, ut Alexander VII ip
anno 1665 retulerit in Sanctorum num
rum, festo ad hunc diem translato.

*Testis mihi est Deus, quomodo cupiam
nec vos in visceribus Iesu Christi. Phil.*



S. BATHILDIS REGINA.

Cura rerum sacrarum.

Deus, qui mirabilita tua providentia S.
BATHILDEM captivam ex Anglia in
Franciam traduxisti, & in thronum
regium exaltasti; da nobis potiorem
curam sacris rebus impendere, & ce-
tera nobis adjicienda sperare.

Ora pro Regibus & Principibus,

¶

XXX JANUARII.

BA THILDIS, claro Saxonum genere nat
in Anglia, & à prædonibus abducta
venditaque in Franciâ Erconwaldo Majori
Domus regiæ, eidem sic ministravit, ut mor
tua conjugè uxorē optaverit. Verum hunc
illa nexum caute declinavit, majori thoro
divinitus servata, Anno igitur 649 ad Chlo
dovæ II nuptias evecta, propter raras ani
mi corporisq; dotes, eidem tres filios pepe
rit, Chlotarium, Chidericum & Theodori
cum; quorum patre defuncto, adhuc parvu
lorum ab an. 655 tutelam gerens, Regni &
Ecclesiæ statui optime consuluit. Monasti
cam disciplinam pluribus locis reformavit
& in duobus prima constituit, Corbeia vi
ris, Kalæ virginibus; quibus ipsa fese etiam
junxit, seculo abdicato sub an 665: ibique
sub Bertiliæ Abbatissæ obedientia, usq; ad
an. 687 superstes, multis viva virtutibus
mortua miraculis claruit. Habentur hæc
coævo scripta; nec ita diu post exornata ab
alio, æque Anonymo. In die cultus varians
Fasti Romani & Gallici; nos Ecclesiam Pari
sensem hic sequimur. Corpus à veteri S.
Crucis, quam struxerat ecclesia, ad novâ S.
Mariæ translatū fuit.

*Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini
sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Cor. 7.*



S. ALDEGUNDIS VIRGO.

Desiderium plena expurgationis.

Concede fidelibus ægris, misericors
Deus, ut quorum corpora morborum
atteruntur flagellis, eorum animæ iis-
dem expurgatæ, S. ALDEGVNDE de-
precante, æternæ beatitati præpa-
rentur.

Ora pro letali morbo affectis,

¶

A LDEGVNDIS, SS. Walberti & Bertii filia, apud Hannones nata, servans virginitatis propositum constanter tenuit pluribus ad id è cælo favoribus, & salubribus à S. Waldetrude sorore monitis confirmata. Quę sibi ad nuptias parabat soliciter, convertere amabat ad usum sacrorum & illarum frequentiorem mentionem diu in ferre non sustinens, in solitudinem fugit, Sabi siccis pedibus transito. Ibivisente ad se matrem in vota quoque sua flexit, ea mortua à SS. Amando & Autberto apud Altum-montem, ubi pater suus monachus agebat, velum accepit, quod sub columba specie Spiritus sanctus attulerat. Dein Malbodiense monasterium fundavit, in eorum alias multas virginis tum neptes sub SS. Madelbertam & Adeltrudem instituit. Denique vitâ anno 684 S. Amandi anima cælum ferri, ipsa se haud diu supervictura audiens ex S. Gisleno; petiit à Deo in vita purgari, & cancrum in mamilla obnuit, quo exesum corpus Solræque contulatum parentibus atque sorori, dein translatum est Malbodium, ubi solenniter denique elevatum fuit an. 1161.

Amplius lava me (Domine) ab iniquitate mea, Grā peccato meo munda me. Ps. 50.



S. PETRUS NOLASCUS.

Liberalitas erga captivos.


Deus, qui in tuæ caritatis exemplum,
ad fidelium redemptionem, S. PET-
RVM NOLASCVM induxisti; ipsius in-
tercessione concede, à peccati servi-
tute solutis, perpetua in cælis libertate
gaudere.

Ora pro Ordine de Mercede red. capt.
¶

XXXI JANUARII.

PETRVS NOIASCVS, prope Carcassona in Occitania nobiliter natus; mox in mortuo patre sui juris fuit, agnita rerum humanarum vanitate, ex commiseratione erga Christianos Mauris mancipatos, in eorum liberationem se suaq; omnia decreverunt impendere: & spretis quæ offerebantur ptiis, perpetuæ castitatis voto se oblitus xit. Barcinonem ergo transiit, ibique socium aliquot collegit, secum eam in rem eleemosynas collecturos. Id cum quotannis fieri ipſi, ac Regi Aragoniæ Jacobo, & utrius Confessorio S. Raymundo de Peñafiel. Deipara virgo apparuit, declarans se vel institui Ordinem novum de Mercede redemptionis captivorum, sub speciali voluntate ea de causa pignus sub potestate Paganorum, quando opus foret. Visa sua inter se mox conferunt, remque aggiuntur, quam Gregorius IX anno 1234 confirmavit. Reliquam vitam impendit pio operi isti PETRVS, Valentia denique diem extremum obiit 1256 in nocte Nativitatis Domini; sed ab Alexandro VII honorari jussus est.

De necessitate eripuit ... sedentes interbris & umbra mortis, vincitos in mendicis & ferro. Ps. 106.



S. IGNATIUS EPISC. M.

Desiderium patiendi pro Christo.

Deus, pro cuius amore THEOPHORVS
IGNATIVS bestiarum dentibus com-
minui optavit, ut panis mundus inve-
nitetur ; da nobis verum multa pro te
paciendi desiderium, & firmam in to-
lerando constantiam.

Ora pro persecutionem patientibus.

60

IGNATIVS, Joannis Euangelistæ discipulus, & proximus post Euodium S. Per successor in Cathedra Antiochena, tenuit illam ab anno circiter 67 ad 107; quando transeunte illac ad bellum Persicum Trajanus damnatus ad bestias, declaravit haud evano sibi inditum vulgo fuisse THEOPHON nomen: dum Ecclesias, alias transiens confirmaret verbis, alias epistolis scriptis. Romano scilicet Amphitheatro debebatur tam insignis pugil. Ibi pro voto suo dentibus leonum disceptus cum esset, reliqua ejus ossa Antiochiam revexere fideles, atque in cæmeterio ante Daphniticam portam sepeliebantur. Inde elevata in urbem transtulit Theodosius Junior, ad Fortunæ templum ipsi dedicatum. Anno autem 637, capti a Saracenis Antiochiâ, triumphales Reliquias piorum cura Româ detulit ad S. Clementis: unde variæ postea Ecclesiæ nascuntur aliquid. Caput diu Bohemia tenuit, quoad illud Societatis Jesu Patres an. 1572 Romam retulere ad templum, in quo synomyni Sancti & Fundatoris eorum Ignatii corpus servatur.

Certus sum, quia neque mors, neque vita præterit nos separare à charitate Dei, qua est in Christo Jesu Domino nostro. Rom. 8.

discip
S. Pet
, tenu
uando
n Traja
haud en
OPHOM
s confir
Roma
tam in
bus leo
jus off
in ca
sepelie
anstilli
implum
, capta
es Reli
S. Cle
e nact
tenuit
1. 1572
o syn
Ignati
vitap
a est is



S. EPHREM SYRUS.

Dei præsentis cogitatio.

Deus, qui ubique præsens intueris
omnia, fac ut Sancti EPHREM exem
plo doctrinaque instructi, te nobis
adesse jugiter cogitemus; & digne in
tuo conspectu versemur.

Ora pro raro cogitantibus deo,

6

Adolescens EPHREM, cum innocens (ut rebatur) carceri se mancipatum doleret, ex Angelo didicit, sæpe homines justas veri criminis pœnas falso titulo luere suumque occultum alias reatum agnoscens. Monachum se futurum voyit, si liber evaderet. Voti damnatus ad eremum se contulit; & rigore pœnitentiæ ac Dei ubique præsentis cogitatione adversus carnis tentamenta munitus, eamdem etiam ingessu impudicæ mulierculæ, hominum oculos verecundari se fassæ, ne publico in foto flagitium admitteret. Hæreticorum suæ temporis in Syria malleus, Edessenæ Ecclesiæ Diaconum se passus ordinari, verbi scriptisque plurimum profecit in populo cum quo ut Græce etiam agere posset, S. Basilis eidem obtinuit divinitus. Plures ejus virtutes discere licet ex testamento quo scripsit: sed prolixiori laudatione easdem exposuit S. Gregorius Nyssenus, cum Ephrem anno 378 finisset vitæ cursum miraculis clarus vivus ac mortuus.

*Providebam Dominum in conspectu mini
semper, quoniam à dextris est mihi. Psal. 11.*



S. BLASIUS EPISC. M.

Lætitia inter adversa.

Deus, qui S. BLASIVM consolatione
celesti inter tormenta robotasti, &
miraculis toto orbe clarere fecisti; da
nobis, inter adversa quæque ejus in-
tercessione adiutis, de tui beneplaciti
adimpletione gloriari.

Ora pro pusillanimis inter adversa,



Medicum BLASIVM corporum haud in felicem, ad potiorem curam animarum traxit Sebastena apud Armenos civitas, orba Episcopo, per Diocletiani ac Maximiani tyrannidem: eumque ut servaret, persuasit Argæi montis latebras tenere, unde S. Eustratium aliosque multos ad coronam præmisit. Huic cum tandem matrus etiam ipse duceretur ad Præsidis Agricolai tribunal; oblatum sibi à matre puerum, cui mortem minabatur infixa guttura spina, signo Crucis ab ea liberavit; alterique porcum, à lugo raptum, reddidit: unde meruit toto deinceps orbe Patronus contra anginam & animalium morbos haberi. Ferreis pectinibus lacerati sanguinem quia intrepide colligebant mulieres septem, martyrio coronatae etiam ipsæ sunt: & unius earum filioli duo, sancto adhærentes Præsuli, cum eodem capitis abscissionem tulere. Reliquiæ in varias regiones partitæ ingentibus ubique miraculis coruscant. Interim dubii hærent auctores Actorū, nullo certo testis scriptorū, passusne sit Sanctus sub Imperatoribus predictis, an sub Licinio circa 320.

Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis. 2 Cor. I. I.



S. BERLENDIS VIRGO.

Patientia in morbis.

Deus, infirmitatis humanæ singula-
re præsidium, auxilii tui super fide-
les morbos ostende virtutem; ut
S. BERLENDIS precibus suffragan-
tibus, tolerantia meritis cumulentur
& salutem consequantur immortalem.

Ora pro duntino morbo afflictis.

¶

ud in-
nima-
s civi-
ani ac-
serva-
enere,
ad co-
matu-
s Agri-
e pue-
gutturi
erique
de me-
contra-
haberi
m quia
a, mar-
. unius
; Presu-
tulere.
ngenti-
rim du-
to teste
mpera
320.
e conti-
ibui, in

III FEBR U A R I I.

BERLENDEM Virginem, ex Nona, S. Mandi Episcopi sorore, generat Odardus, ab Antverpiensi portu usque Con datum Hannoniæ, latifundiis & titulo Comitili pollens. Merbeka prope Ninoviam sedes ei erat, ubi mortua conjugi, vel alter Job, lepra percussus, viduitatis more que incommoda solabatur filiæ dilecta sequiis. Sed cum hæc aliquando, post patrem bhibitura, scyphum effuso quem ipse prælibavat potu eluisset; gravius id ille, tacitus ferens, testamentarias tabulas clausit; & S. Gertrudem, an. 67 defunctam ac celebrem miraculis, bonorum omnium scripsit heredem. Altiori id consilio actu docuit eventus: nam Sancta de tumulo magnum porrigens, arrham oblatam apprehendit; & BERLENDIS Morsellæ attonsa in Monacham, mirabiliter ad apicem sanctitatem ascendit. Visâ deinde patris animâ in caelum ferri, ad eum tumulandum Merbekam rediit; ibique sanctissime vixit atque obiit circa an. 700; propter crebra ad tumulum miracula, inde elevata ab Episcopis, post annos 30.

Infirmitas hec non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam.
Joan. I I.



S. ANSCHARIUS ARCHIEP.

Zelus pro hæreſeon extirpatione.

Deus, qui Daniæ, Sueciæque regnis
B. ANSCHARIVM destinasti fementis
Euangelicæ satorem; exaudi nos pro
eisdem supplicantes, ut evulſis hæreſeon
zizaniis Catholica ibi reflorescat
Religio.

Ora pro Daniæ ac Suecia reductione,

¶

ANSCHARIVM, anno 801 natum Ham-
burgi, & 5 ætatis matre orbum, De-
para sibi porro erudiendum suscepit. Factus
deinde Corbeiæ Monachus, crebris San-
ctorum visionibus Apostolico muneri desti-
nari se didicit; primusque incultam Dania
barbariem aggressus **excolere**, Herioldum
Regem cum tota gente adjunxit Christo. In-
de ad Suecos progressus an. 829, tandem
dem ibi præsttit, Rege eorum Bernone ba-
ptizato. Tum anno 831, Imperatoris man-
dato, promotus ad patriæ suæ Archiepisco-
patum, utrumq; novale exornavit instruxit
que ecclesiis, scholis, & monasteriis, per
suosque institutis. Non tulit hanc regni su-
tantam imminutionem sathan; sed piratae
Normannos excivit, à quibus an. 845 spo-
liatum exustumque Hamburgum est. A
Schario tamen repositus fuit Episcopatu-
Bremensis, Hamburgensi exinde unitu
Pontificia auctoritate. Obiit vir sanctus
voto ac merito Martyr; 865. Vitam & M-
iracula S. Rembertus successor mox scrip-

*Qui ad justitiam erudiunt multos,
gebunt quasi stella in perpetuas eternitatis
Dan. 12.9*



S. THEOPHILUS POENIT.

Fiducia in Mariam.

Domine Jesu, qui à THEOPHILO
ejuratus, eidem pœnitenti reconciliari
dignatus es per Mariam; da
nobis ejusdem patrocinio, nostro-
rum consequi veniam delictorum.

*Ora pro peccatoribus, veniam despe-
rantibus, ☩*

Ham-
, Dei-
Factus
s San-
i desti-
Dania
oldum
sto. In
neum-
one ba-
is man-
episco-
struxit
, per
egni s-
pirata-
45 spo-
st. An-
copatu-
unitu-
sanctus
n & M-
scrip-
ltos, f-
rnitai-

IV FEBRUARII. 3

Circa annum 838, Adanensis in Cilici Ecclesiæ Oeconomum agebat THEOPHILVS, tanta cum laude integritatis, ut ad Episcopatum loci fuerit postulatus. Et illi quidem ad deprecandam hujusmodi promotionem satis habuit humilitatis; non item patientiæ, qua ferret abrogari sibi per invidiam munus, quod tamdiu gesserat. Egō pro eo recuperando Hebræum Magum consulit: hic dæmonem adducit: dæmon ejurare Christum ejusque Matrem jubet, perfidiam chirographo dato firmare. Sic restitutum officio seria subiit gestorum patitentia. Misericordiæ matrem interponer præsumit advocatam apud filium, continuato dierum 40 jejunio & jugi deprecatione. Sic in ecclesia pervigilanti, ipsa ei apparuit, duriter increpuit, fidei professionem exegit, veniam indulxit, ipsum quoque chirographum ejus extorsit dæmoni. Quod beneficium ille, ut par erat, aestimans; facti Episcopo confessione, in eadem ecclesiæ Deiparæ servivit quoad vixit; ibidemque tumulatus ut Sanctus est, teste qui Vitam Græce scripsit discipulo ejus Eutychiano.

Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ ut misericordiam consequamur. Hebr. 4.



S. ANDREAS CORSINUS EP.

Zelus pro cultu Deipara.

Deus, qui in Ecclesia tua nova semper instauras exempla virtutum: da populo tuo B. Andreæ Confessoris tui atque Pontificis ita sequi vestigia, ut assequatur & præmia.

Ora pro Ordine Carmelitano,
¶

ANDREAM, ex voto Deiparæ facto, glori-
stans utero mater, visa sibi est lupum
parere, qui ad limen Carmelitanæ ecclesie
vertebatur in agnum. Exitus visum proba-
vit. Ad vitia deflectens juvenis, ut matris
de se votum cognovit, & ecclesiam adiit,
subito alius à se fuit: mutataque cum ha-
bitu vita, constantiam in proposito mon-
stravit, omnibus mundi illecebris fortio-
rem. Suo deinde Ordini præfектus in He-
truria, postea Fæsulanæ Ecclesiæ postulatus
ac miraculo datus Episcopus, Pastorali cura
juxxit vitæ religiosæ tenorem. Ab Urbano
V missus Bononiam Legatus, graves ibi tur-
bas sedavit; Fæsulasque reversus, obiit, præ-
auntiata sibi à Virgine die 6 Januarii 1373.
Corpus Florentiam delatum ad sui Ordinis
ecclesiam, præsentibus Concilii Florentini
Patribus elevatum fuit an. 1439. Urbanus
VIII an. 1629 Sanctorum Catalogo solen-
niter adscriptus, Alexander VII 1666 col-
permisit per totam Ecclesiam, festo hu-
translato.

*Bearus vir qui audit me, & vigilat adfras
res meas quotidie inveniet vitam
bauriet salutem. Prov. 8.*



B. JOANNA REGINA.

Tolerantia injuriarum.

Deus, qui humilem B. JOANNA tolerantiam, novi Ordinis per eam fundatione sublimasti; da ut eadem suffragante, faciamus per injurias nobis inferendas proventum.

Ora pro Ordine Annuntiatarum,

G

IV FEBRUARII.

JOANNA, Ludovico XI Franciæ Regenau
Jan. 1465, eodem jubente nupta est Lu-
dovico Duci Aurelianensi. Hic per mortem
Caroli VIII regnum adeptus, hujus sor-
rem & uxorem suam, cui vitam mortis reu-
debebat, non dubitavit repudiare, velut
non subsistente consensu, quem metu ex-
pressum jurabat. Juramentum ejus admissum
Pontifex, indulxitque divortium; haud ita
graviter id ferente JOANNA; eo quod pri
Sanctioris vitæ cupida, à Deipara accepi-
set, novum à se Ordinem Religiosarum fun-
dandum. Annuntiatas vocant, professas Re-
gulam ex virtutibus Mariæ, in Euangeliis
expressis, conceptam, & anno 1510 confi-
matam. Obiit deinde anno 1505. Biturig-
bus: & corpus incorruptum mansit usque
1562, quando illud Calvinistæ ad rogarium
raptaverunt. Nudatum ipsum, ingemuit:
pugione confixum, sanguine fluxit. Proce-
sum de vita, meritis, miraculis, loci Archi-
episcopus Paulo V misit: Urbanus VII
recognovit, & Beatæ titulus ipsi mansit.

Benedictus Deus, qui... faciet cum tu-
tatione proventum, ut possitis sustineri
I Cor. 10.



S. AGATHA VIRGO M.

Cura pudicitiae.

Deus, qui inter cetera potentiae tuae
miracula, etiam in sexu fragili victo-
riam martyrii contulisti; concede pro-
pitius, ut qui B. AGATHÆ passionem
recolimus, per ejus ad te exempla
gradiamur.

Ora pro regno Siciliae

¶

ge nat
est Lu
mortem
s foro
tis reu
, velu
etu ex
admiss
aud it
d prid
accep
im fun
tas Re
angelio
confir
iturig
z usqu
rogur
nuit:
Proce
Arch
is VII
sit.
um te
stiner

Quintiano Consulari Siciliam gubernante pro Decio, an. 251, Catana comprehensa AGATHA, speciosa ac nobilis Virgo, Christianam se generose est confessa. Pudicitiam quoque constanter tenuit nec minis nec blanditiis flexilis ut impudici homini consentiret. Ergo alapis cæsa, tunc equuleo torta, unam etiam mamillarum abscindendam fortiter præbuit. Hac deinde sibi à S. Petro apparente restituta, cum nudata volutaretur supra carbones testulasque terra contremuit, & ipsa in carcere expiravit. Defunctæ velum, sequenti mox annis Aethnæ flammivomæ ignibus oppansum, ea repulit à civitate: quam deinde illius invocatio sepius ab eodem periculo, à peste item excidioque liberavit; præsertim postquam corpus, quod Georgius Maniaces an. 104 Saracenis debellatis Constantinopolim vexerat, inde relatum est 1137. Perpetuè enim miraculis exinde claret: nec ibi solum; sed in aliis quoque regionibus multis, ubi ejus reliquiae & ecclesiæ sunt.

Omnis ponderatio non est digna continentia animæ: disciplina illius, datum Dei Eccli. 26.



S. BERTULFUS ABBAS.

Liberalitas erga pauperes.

Deus, qui S. BERTULFVM, pro sua
erga pauperes liberalitate, donis cæ-
lestibus divitem effecisti; da ut eum
pro viribus imitando, paria consequi
præmia mereamur.

Ora pro Dominis Eleemosynariis,

¶

guber-
Catana
nobilit
confel-
tenuit
impur
sa, tur
illarum
deind
um nu
lasque
expira
ox anno
um, eo
us invi
ste iter
stquan
1. 104
oolim
erpetu
c ibi lo
us mu
unt.
tinem
Dei


V FEBRUARII. 42

BERTVLFVS circa an. 640 in Alemannia honeste, sed gentiliter natus; agnita Christi fide, relicta patria in Belgium ad Morinos sese transtulit: ibique baptizatus famulatui piorum Comitum Wamberti atque Homburgæ sese addixit. Agonverunt hicito, quantum in eo thesaurum haberent; cum noctu oranti facem è cælo prælucere, sub imbre autem à supervolante aquila eum protegi vidissent. Ipsi ergo familiam commendarunt, Romam iterum profecti. Quos cum in reditu defunctos audisset, requisivit, & Rentiacum revexit corpora, sepelienda in ecclesia; quam ipsi struxerant, eique donabant cum fundis ad monasterium. Huic inde BERTVLFVS præfuit, clarus eleemosynarum largitate & miraculis, etiam mortem secutis, quam circa an. 700 obiit. Corpus Rentiaco Bononiam metu Normannorum delatum, furtim inde sustulerunt Angli: sed recuperavit Arnulfus I Flandriæ Comes, & Harlebekam prope Cortracum attulit. Postea in Gandavensi S. Petri monasterio quievit, anno 1073 nova ara arcaque donatum: ubi & Vita conscripta habetur.

Fiducia magna erit coram Deo eleemosynam omnibus facientibus eam. Tob. 4.

SS.

Dei
Mar
ET
ut g
lati
O



SS. PAULUS. JOAN. JACOB. MM.

Amor crucis.


Deus, qui primitias Japonensium
Martyrum in SS. PAVLI, JOANNIS,
ET JACOBI sanguine dedicasti; da
ut gentis illius Ecclesia sic rigata, sub-
latis persecutionibus reflorescat.

Ora pro Ecclesia Japonica,



Annum 33 in vivis, 11 inter Socios Jesu agebat PAVLVS MICH^I, nobilis gener Japon & Concionator egregius, quando relatus est in numerum eorum, quos Tayco sama Japoniæ Imperator, ut legis Christi næ prædicatæ reos, Nangazacum duci crucigendos jussit. Illi Ozacâ M^{er}itum descendendo comites certaminis additi JOAN^NES GOT^O, prænobilis annorum adolescens; & rei domesticæ adjutor JAC^BVS KIZAI, annos 64 natus, itidem Japonæ, & in Societate Novitii. His & Religioni Franciscanis 6, atq; eorum familiaribus M^{er}itai amputata pars sinistre auriculæ. Cui tribus impositi, spectaculo ad exemplum efficacissimo fuere, quacumq; dierum 27 spati iter fuit. Tū more Japonico crucibus alligata lanceis per latera adactis obtinuere coronam una cum duobus per iter adjunctis, univisim viginti sex, an. 1597. Ipso anno etiam obiit is, qui totam rei seriem accuratissimam descriptis, P. Ludovicus Froës, post annos 50 actos in Societate. Illos vero, ut Christi Martyres, Urbanus VIII Missa & Officium dignos pronuntiavit 1627.

Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Col. 3.



S. DOROTHEA VIRGO M.

Desiderium cælestium.

Da nobis, Domine, per S. DOROTHEAM Virginem ac Martyrem, terrena despicere, & desiderare cælestia; qui per illam tribuisti S. Theophilo ad paradisi tui delicias contempta morte pervenire.

Ora pro mundi amatoribus.

60

cionis Jesu
li generis
quando
s Tayco
Christi
duci cru
eum d
JOAN
orum i
or JAC
em Japo
Religio
ribus i
ulæ. Cu
lum eff
27 spati
us alliga
e coron
, unive
no etia
uratissim
ost anno
ut Chri
& Offic
e Domini

VI FEBRUARII.

DOROTHEAM, Virginem Christianam
Præsidi Saprio, Cæsareę in Cappadocia adduxerant impii. Is, deos ridentes
extendi in catasta jubet, sed frustra. Tu
Christæ atque Callistæ, ejus nuper sodalibus,
ad idololatriam prolapsis, pervertendam tradit; alio quam sibi proposuerat
cessu. Nam DOROTHEA monitis reduc-
unde recesserant, sic animatæ sunt, ut
derent expiare flammis culpam, Christi
Martyres factæ. Ipsam iterum torta-
dum ducitur capite minuenda, interpellat
Advocatus Theophilus; & multa de Sponte
sui paradiſo locutam, ut inde sibi fructus
aliquid mittat, joco rogat. Annuit se
Virgo sancta, & caput ferro subjicit. Cu-
ecce, promissa sibi facta inter socios ridentes
adest elegans juvenis, in canistro porta-
flores ac poma; munus, ut aiebat, sponsi
Christi DOROTHEA. Quod ille simul a
fide accipiens, eamdem palam profiteri
& varie tortus, Martyr efficitur. Rem
Diocletiani tyrannide actam, passim ver-
scripta narrant.

*Quæ sursum sunt querite, quæ sursum
sunt sapientiæ, non quæ super terram. Col. 3.*



S. VEDASTUS EPISC.

Fuga superstitionum.

Sancti VEDASTI meritis & preci-
bus, Domine, fideles tuos ab om-
ni superstitionum libera vanitate; ut
incontaminata apud nos religio jugi-
ter conservetur & crescat.


Oratio pro superstitionum abolitione.

G

Henr. Lause sculpsit.

VEDASTVS, genere Aquitanus, prædic-
tioni Euangelicæ Tulli vacabat; cum
illac anno 494 transiens Chlodovæus Rex
cæcum ab eo vidit illuminari; & Remo-
duxit, quo ibat à S. Remigio baptizandus.
Idem ipsum circa an. 500 Episcopum At-
batensem & Cameracensem ordinari vo-
luit. Qui filio etiam Clothario æque de-
carus, cum ad ejus mensam invitatus, vidi-
set pocula, Gentilibus una accubitus gen-
zili ritu præparata, omnia signo Crucis in-
presso fregit, itaque multos illorum con-
vertit. Eum Atrebati in sua Cathedra
quam annis 40 tenuerat, sepultum, S. Au-
bertus ad novam à se fundari cœptam
elefiam translaturus an. 667, illuc invitau-
S. Audomarum, licet cæcum. Et huic qu-
dem visus tunc est redditus, sed ipse visu
mittere denuo maluit. Eodem loci mon-
sterium absolvit S. Vindicianus, quod nu-
quoque S. Vedastidicitur, ejusque miracu-
llustratur, maxime post alteram anni 3
translationem. Vitam antiquitus scripta
cultiori stylo reddidit B. Alcuinus: alii
racula descripsere.

*Videte, ne quis vos seducat per inanem fa-
ciam, & non secundum Christum. Col. 2.*



S. AMANDUS EPISC.

Cura ornandarum ecclesiarum.

Deus, qui per S. AMANDVM regni tui
gloriam prædicari Gentibus, & Ec-
clesiam monasteriis augeri voluisti;
da ut omnes in te credentes cordi
habeant tuæ domus decorem.


Ora pro beneficis erga ecclesias.

Van Luybos delineavit

VI FEBRUARII.

AMANDVS, in Aquitania natus an. 591 pene puer monasterium adiit, paup. relicto. Adolescens Turonis ad S. Martinum comam posuit, & Biturigibus à S. Leodigi lo inclusus est cellæ. Inde Romam profectus fuit an. 628; ibique ad Gentium conversionem ordinatus Episcopus, prædicare apud Flandros cœpit Gandavi, Tornaci mortuum suscitavit. Jussus an. 646 Episcopatum Trajecti ad Mosam capescere, cum unicuius civitati affigi zelus ejus non posset, tertius post anno solutionem petiit & impretratus. Ex hoc usque in Carinthiam ad Ortum, Vasconiam ad Occasum excurrit. Imponibile est paucis complecti monasteria & clesias, ubique regionum, in Belgio præstatim, ab eo erectas aut consecratae. Eminentiam præ aliis cœnobia duo, Gandava & S. Petri, ubi institutus ab eo Abbas. Bedemundus Vitam Magistri scripsit; & Elnense nunc S. Amandi, ubi ejus conservatum de terra plurimis fulsit miraculum quæ indidem à variis descripta habentur.

*Domine, dilexi decorem domus tuae,
locum habitationis gloriae tuae. Psal. 25.*



S. ROMUALDUS ABBAS.

Studium solitudinis.

Deus, qui Ecclesiæ tuæ S. ROMVAL-
DVM vitæ eremiticæ dedisti restau-
ratorem ; da ut ejus exemplo eru-
diti & adjuti precibus , amemus cor-
poris & cordis solitudinem.

Ora pro Eremitis & Solitariis,

Ad usum Patrum.

an. 591
it , pau
5. Marti
eodigit
profec
onversio
are apu
aci mo
Episcop
, cum u
et , ter
retrava
rtum ,
Impo
ria &
o præs
Emine
andave
obas. B
t; & El
us con
no 699
miracu
bentur

s tta,
l. 25.

ROMVALDVS, Ravennæ nobiliter natus, ætatis an. 20 factus est Monachus, annoque post tertio eremiticam vitam auspicatus. In hac ad summum vitæ rigorem exercens sese, alios quoque ad eumdem instituendos suscepit, in oblato sibi ditionis Florentinæ loco, Camalduli dicto. Inde novum ejus institutum longe lateque fuit propagatum; cuius bono odore pellecti complures Monachi & Abbates, sua ei monasteria reformanda tradidere; atque ita duplex extitit hodieque perseverat Camaldulensium Ordo. Magna Romualdi apud Reges ac Principes auctoritas fuit; multum pro quiete publica laborantis, multos ad sanctiora proposita trahentis. Martyrii quoque desiderio flagrans, nitebatur trajicere in Panniam; sed divinitus prohibitus, Fabriani in Piceno requievit circa an. 1027, tantis continuo miraculis clarescens, ut quinto anno canonizari meruerit. An. 1466 reserata iterum tumbâ, os unum brachii datum Camaldulo est. Vitam S. Petrus Damiani, coætaneus ejus, scripsit.

*Ecce lactabo eam, & ducam in solitudinem
& loquar ad cor ejus. Osee 2.*



S. JOANNES DE MATHA.

Pius affectus erga captivos.

Deus, qui per S. JOANNEM DE MATHA Ordinem SS. Trinitatis, ad redimentum de potestate Saracenorum captivos, cælitus instituisti; præsta, ut à captivitate & animæ & corporis ipso intercedente liberemur.

Ora pro captiuis apud infideles.

natus,
us, an-
n auspi-
m exer-
m insti-
nis Flo-
novum
ropagæ
mplies,
eria re-
x extitit
um Or-
Princi-
cieta p-
a propo-
esiderio
Panno-
briani in
tis con-
to mor-
466 re-
achii da-
rus Da-
cudinen-
ciatatis 1657

JOANNES DE MATHA Falcone in Provincia natus 1160; ætatis suæ 33 Parisis gradum Magistri in Theologia, & in ecclesia Presbyteri suscipere compulsus fuit. Huic dum sacras rite offerret primitias, conspiciens pluribus, adstitit Angelus, candidam vestem bicolori ex rubro & ceruleo Crucifixuatus: qui decussatas super captivorum duorum capita manus tenens, prælusit inchoando paulo post Ordini Sanctissima Trinitatis, ad redemptionem Christianorum ex barbarica servitute. Divinitus in ictu proposito socium se addidit S. Felix Eremita: & ambo sub initium Innocentii III Romam profecti, confirmationem ab eo Regulamque & locum acceperunt anno 1198. Hinc divisi, mirifice novum ordinem propagarunt; in Hispania JOANNES, in Gallia Felix; ubi hic etiam obiit; ille vero reversus Romam, biennio post, Christi anno 1214, condigno tumulo ibi sepultus, semperque Sanctus habitus, in ecclesia S. Thomæ de Formis alias de Navicella; quo rite probato, cultum confirmavit an. 1666 Alexander VII, & latius extendit Innocentius XI.

Filius hominis venit dare animam suam in redemptionem pro multis. Mat. 20.

48
Provin-
Parisiis
ecclesia
Huic
conspi-
ndidam
Cruce
ivorum
usit in
tissima
istiano-
rus inje-
elix Ere-
entii III
b eo Re
o 1198
em pro
n Galli
reversu
o 1214
nperqu
Thom
rite pro
Alexan
nnocen
am SHA



S. APOLLONIA VIRGO M.

Intrepida confessio fidei.

Deus, qui B. APOLLONIAE constan-
tiam, excussione dentium exploratam,
per ignem triumphare de impietate
voluisti; da ut qui ejus martyrium re-
colimus, à corporis doloribus & ani-
mæ languoribus liberemur.

Ora pro vacillantibus in fide,

G

IX FEBRUARII.

49
Persecutioni, à Decio per totum Imperium suscitandæ prælufisse cacodæmonem, gravissimo tumultu plebis Alexandriæ sub an. 249 excitato, liquet ex ejus quæ præsens interfuit S. Dionysii ad Fabianum Antiochenum epistola. Ibi ille, post narratam quorumdam necem, domorum directionem, plurium fugam, omnium constarunt; Sed & admirandam, inquit, illâ Apolloniâ, proiectæ ætatis virginem, comprehendunt; omnesque illi dentes maxillis diverberatis excutiunt; atque rogo in subuibis extructo, minantur vivam se crematros, nisi cum ipsis verba impia pronuntiantur. Illa, paululum morata, velut secum delibrans, repente in ignem insilit atque exuritur. Hæc certa de ipsâ habemus, eademque Martyrologiis ad hunc diem inscripta: quis ante Adonem & Usuardum: hodie num autem Romanum addidit, id ipsa fecisse, majori sancti Spiritus flamma int'accensam. De corporis in Occidente translatione nihil uspiam legitur.

Confitebor nomini tuo, Domine, quoniam adjutor & protector factus es mihi, & librasti corpus meum à perditione, à laque lingua inique, & à labiis operantium mandacium. Eccli. 51.



S. NICEPHORUS MARTYR.

Sincera reconciliatio cum inimicis.
Deus, pacis caritatisque amator & cu-
stos, da omnibus inimicis nostris per S.
NICEPHORI merita pacem caritatem
que veram, & cunctorum eis remis-
sionem tribue peccatorum, nosque
cum ipsis amore tui reconcilia.

Ora pro inimicis nostris,



Valerianus & Gallienus Imperatores
an. 257 suscitaverunt persecutionem
Octavam, sub qua Antiochiæ in Syria com-
prehensus Sapricius Presbyter, cum post
tormenta fortiter tolerata ad capitale sup-
plicium duceretur, à fide excidit hac occa-
sione. Veterem amicum Nicephorum, or-
dine laicum, nescio qua offensa irritatus
implacabiliter odiſſe cooperat. Cumque is à
jam jam morituro per amicos submissos,
perque seipsum genibus advolutum, ve-
niā deprecaretur; renuit obstinatus, &
gratiā perseverantiae indignum se prebuit.
Nicephoro autem, fraternalm pacem, juxta
Euangelium, quærenti, eoque merenti ut
filius Dei vocaretur, corona obtigit, illius
subtracta capiti. Christianum enim se pro-
fessus, turpis apostatæ locum implevit, ca-
pite plexus: & insigne ad posteros exemplū
reliquit, quo intelligent omnes, Dei amici
esse non posse, qui proximo inimicus ma-
nere vult. Rem gestam antiquus Auctor
scripsit, quomodo ea inter opera Meta-
phrastæ legitur; exornavit autem quidam
Joannes Sardium Episcopus, sicuti eam
Bollandus retulit. Si tradidero corpus meum
ita ut ardeam, charitatem autem non habu-
ro, nihil mihi prodest. 1 Cor. 13.

50
ntores
onem
com-
n post
le sup-
occu-
m, or-
ritatus
que is à
missos,
n, ve-
us, &
rebuit.
a, juxta
enti ut
it, illius
se pro-
vit, ca-
emplu
i amici
us ma-
Aucto
a Meta
quidam
uti eam
us meo
n habu



S. SCHOLASTICA VIRGO.

Fervor ad pia colloquia.

Deus, qui à S. SCHOLASTICA exora-
tus, piis ejus cum Fratre colloquiis
protrahendis misso imbre opportu-
no favisti; fac ut de te audire ac loqui
nunquam nos tædeat, donec obscure
hic cognita clare videamus in cælo.

Ora pro fastidientibus pios sermones,


6

51 X FEBRUARII.

Scholastica, Nursiae in Umbria nata, & Deo ab ipsa infantia dedicata, solebat semel quotannis excurrere ad fratrem suum S. Benedictum, jam in Cassino monte residentem, gratia spiritualis collationis; ipso ad eam descendente in predium quoddam monasterii, ubi illa hospitabatur. Hoc cum aliquando ex more fieret, & nox incumbebat, recedere volebat ad monasterium iuxta Regulam frater; illa vero, caput in manibus declinans, lacrymis mensam perfudit; immensaque mox secuta imbrum inundantia tonitruis & fulguribus mixta, vetuit Sancti ab inde discedere. Altero die ad cellam suam Scholastica rediit, ad monasterium Benedictus. Cum ecce post triduum, elevatis aera oculis, vidi ejusdem sororis suae ammam in columbae specie caeli secreta penetrare: ac protinus misit qui corpus monasterium deferrent, & ponerent in se pulcro, quod ipse sibi paraverat, circa 540. Ita quorum mens una semper fuerat una quoque sepultura fuit, & communia que in presentem diem celebrantur miracula; ostenditur etiam eo loco monasterium, quo convenire ambo solebant.

Sedens secus pedes Domini audiebat vobum illius. Luc. 10.

nata, &
solebat
ē suum
nte resi-
is; ipso
ioddam
Ioc cum
cumbe-
im juxta
manibus
dit; im-
ndantia
t Sancti
llā suan
Benedi-
evatis i
suae an
retta p
orpus a
ent in s
circa an
er fueri
nunia u
tur mir
monast
ebant.
ebat un



S. AUSTREBERTA VIRGO.

Unio cum Deo.

Deus, qui S. AVSTREBERTAM, tua di-
lectione ferventē, à clibani ardore &
ruina domus mirabiliter præservasti,
nos quoque ab omni ereptos discri-
mine, tibi perpetuo amore coniunge.

Ora pro monasteriis seminarum,

6

X FEBRUARII.

52

AVSTREBERTA, apud Morinos nata parentibus sanctis, Badefrido Comite & Framehilde stirpis regiae Alemanna, sancta que futura matri prænuntiata; adhuc adolescentula, dum se in aqua contemplatur vedit suo in capite velum: unde vehement monasticæ vitæ studio incensa, ipsum clam parentibus de manu S. Audomari suscepit an. 656: & Portensi ad Somonam inclita monasterio, fasta etiam Præposita est. Ib cum panibus coquendis operam daret; & scopas, quibus everrendus erat clibanus, a dens ignis corripiisset; ipsum facto cruci signo ingressa, manicis suis everrit, remquacelari frustra petiit. Pauliacum deinde Rotomagensis dioecesis transtulit ipsam an. 670 S. Philibertus Abbas Gemmeticensis. Hic dormientem nocte quadam monasterii ruina oppressisset, nisi ter monita de celo fuisset ei se subducere: ruinam autem mox reparavit, ac deniq; obiit circa annum 704. Vitam & miracula scripsit auctor covus. Corpus, non multis post annis elevatum, cum tumulo, sub ruinis eversi deinde à Normannis monasterii servatum est.

*Dominus illuminatio mea & salus mea
quem timebo? Dominus protestor vita mea
quo trepidabo? Psal. 26.*



S.GUILIELMUS EREMITA.

Constantia in tentationes.

Deus, qui B. GUILIELMVM, multis miraculis decoratum, virtute constantiae contra tentationes varias roborasti; tribue, ut intercessionibus ejus defensi, ab omni hostium impugnatione liberemur.

Ora pro Ordine Guilielmitarum,

¶

GVILIELMVS, in Pictaviensi provin-
ci Comitili ortus genere, post strenua-
in seculo militiā, conversus ad veram pa-
nitentiam, ex illa solam loricam retinu-
quam nudæ carni adstrinxit cærenis, eoque
in habitu se stitit Eugenio III Pontifici
mano. Ab hoc dimissus Hierosolymam
inde reversus in Italiā; mutato aliquo
anachoreseos loco, tandem an. 1155
Stabulum Rodis in agro Senensi se recep-
proximo anno Albertum discipulum sus-
pit; ac tertio, vitā commutavit cum mon-
Illam prædictus Albertus descripsit, c
antea adduxisset moribundo Sacerdotem
certitudinemq; accepisset mox utrique
cium accessurum Raynaldum. Ab his di-
bus, considentibus ad Magistri sepulcrum
miraculis clarū, habuit initium Ordo
Iielmitarum; canonizato sub an. 1202
Innocentium III Sancto, illustrari ma-
cceptus; & ab Honorio item III, sub Re-
la Benedictina an. 1220 confirmatus,
ante 1435 auctus 62 cœnobii per Italia-
m, Franciam, Germaniam & Belgium. Cor-
destructo per bella Stabulo Rodis, ad
gustinianos Castellionem translatum.

*Accedens ad servitutem Dei, prepara-
mam tuam ad temptationem. Eccli. 2.*



S. VALENTINUS PRESB. M.

Suavitas sermonis.

Deus, qui B. VALENTINO gratiam
flexanimi sermonis contulisti, qua
etiam obduratos ad mansuetudinem
inclinaret; da nobis sic linguae mode
rari, ut tibi placentes in opere, prox
imos numquam offendamus in verbo.

Ora pro cohibitione rixarum,



anno Christi 269, cum Claudius Imp.
Romæ Christianos persequeretur, ad-
ductus est ei VALENTINVS Presbyter: qui
jussus reddere suæ fidei rationem, satis
benigne auditus, commendatusq; est Aste-
rio Principi. Huic ille cum placido sermone
fecisset satis, fidem quoque rebus adstruxit,
in nomine Jesu illuminans cæcam filiam
ipſius. Baptizatus est ergo Asterius a Va-
lentino cum familia tota capitum 44. Hoc
audio, Imperator vehementer indigna-
tus, vincos omnes Ostiam deportari jussit
& pœnis variis exterminari: VALENTINVS
vero, fustibus cæsum, capite minuti, via
Flaminia: ubi corpus sepelivit Savinilla
matrona. Ecclesiam deinde statuisse puta-
tur Julius Pippa seculo 4, pro qua ad Pon-
tem Milvium, & forte ipsomet loco suppli-
cii, novam à fundo struxit Theodorus Pap-
seculo 7, quam Gregorius IV seculo 9 re-
fecit ornavitque. Sed & hujus nunc agu-
reperiuntur vestigia, ex quo corpus transla-
tum est ad S. Praxedis, caput vero ad eccl-
esiā, SS. Sebastiani & Valentini nunc de-
stā. Martyrii historia ex Actis SS. Mar-
& Marthæ habetur.

*Responſio mollis frangit iram; sermo durus
fuscat furorem. Prov. 15.*

54
is Imp.
tur, ad-
er: qui
n, satis
st Alte-
ermonie
struxit,
n filiam
is à Va-
4. Hoc
indigna-
ri jussit
NTINVM
ui, via
avinilla
sse puta
ad Pon-
o suppli-
rus Pap-
alo 9 re-
ine agn-
; transla-
ad eccl-
nunc d-
SS. Man-
mo dur-



SS. FAUSTINUS & JOVITA MM.

Despectus honoris mundani.

Deus, pro eius amore Sancti tui
FAUSTINVS & JOVITA, oblatos seculi
honores respuerunt; da nobis ipsorum
exemplo eosdem parvi facere, & ad
veros in cælis per illorum preces per-
venire.

Ora pro ambitiisorum correctione,

¶

FAUSTINVS & JOVITA, fratres Brixien-
ses, cum fidei ardore flagrarent, à S. A-
pollonio ordinati sunt, hic Diaconus, illi
Presbyter. Hi ad Adrianum Imperatorem
delati ab Italico Comite, ipsique Brixian-
an. 118 yenienti adducti, contemptis quo
offerebat honoribus, damnati fuerunt
bestias: quæ in ministros conversæ, Italico
ipsum, spectante Cesare, una cum aliis plu-
ribus devorarunt. Sequenti anno proba-
eorum virtus Mediolani & Romæ est, unde
in Campaniam sequi tyrannum coacti,
mari mersi, sed ab Angelis erepti, Neap-
lim advenerunt. Aureliano denique Com-
missi, jussu ejus remissi Brixiam, ibi
capite plexi sunt an. 120. Corpora Ap-
lonius eo loco sepelivit, ubi deinde surre-
eorum ecclesia. Ad sanguinem nuncupata
juxta cœmeterium Christianorum. H
sub an. 806, eademi in urbem attulisse di-
tur Amphridius Episcopus, ad eam q
nunc Faustini majoris nuncupatur, addi-
Abbatia & miraculis Sanctorum clara
maxime post annum 1152, quo nova fu-
fundamentis erecta & dedicata. Ibi illi
cent in marmorea arca.

*Quanto magnus es: humilia te in omniis
& coram Deo invenies gratiam. Eccli. 3.*



S. SYMEON EPISC. M.

Reverentia erga seniores.

Deus, qui longævam S. SYMEONIS canicem glorioso crucis titulo decorasti; concede senioribus, ut senectutis molestias æquanimiter ferant, & junioribus præluceant exemplo virtutum.

Ora pro senioribus,

En.

XVIII FEBRUARII.

Post extinctum primum Hierosolymorum Episcopum Jacobum, Fratrem Domini dictum, eo quod esset ex Mari Deiparæ consobrina natus, & secutum mox urbis excidium; collecti qui ad ruinam rediere fideles anno 70, elegerunt sibi Antistitem secundum, eum qui eodem patre Cleopha, sed alia priori uxore natus erat, seniorem Jacobi fratrem SIMEONEM. Ex Hegesippo, Apostolici ævi scriptore, habetur, SYMEONEM hunc nam 120 annorum fuisse, adeoque seniorem Christo, Transi anno 10, Christi 107, martyrium sub eo solum titulo cruci affixus, quia ex genere David esse accusabatur; mirantibus omnibus, quod homo, ætate confessus acerbissimos crucis dolores fortiter constanterque pateretur. Caput, cum nota parte corporis, Carolus Magnus fundo à se Lisbornensi in Westphalia monasterio donavit; unde sumpta calva, anno 1603, est apud Patres Societatis Iesu Bruxellis.

Adolescentes subditi estote senioribus, nes autem invicem humilitatem inservi Petri §.



S. CONSTANTIA VIRGO.

Instructio juventutis.

Deus, qui S. CONSTANTIA adduxisti
complures nobilissimas virgines, ad
castitatis propositum imitandum; da
illius simili in studio sectatricibus, si-
miles in sibi commissis fructus face-
re, per ejus interventum.

Ora pro Ordine Ursulinarum,

6

37 XVIII FEBRUARII.

CONSTANTIA, Constantini Magni
mogenita, corporis animaque san-
tem ad S. Agnetis tumulum nacta, à Ga-
cano, debellatis an. 327 Persis ex Syria
verso, postulabatur ad nuptias. Ab his
nime alienam se simulans, jam renun-
tum anni 330 Consulem, & copias in-
thiam ducturum, rogavit, ut Atticam
Artemiam ex priori thoro filias sibi ca-
ret pater; & secum comites duceret SS.
annem & Paulum fidissimos sibi. Faci-
est ut postulaverat: & illi, de belli succi-
sorium Gallicanum, ad fidem pella-
runt, polliciti à Christo invocato victo.
Istae quoque in eumdem cito credider-
docente **CONSTANTIA**. Hæc porro tri-
phantì patri obviam eas ducens, in
commune omnium votum, pro ejus via
ria nuncupatum, quo se virgines perm-
surassanxerant. Ratum id ille habuit
ipsæ, ædificata dotataq; S. Agnetis basili-
juxta illam habitarunt, cum pluribus
propositi sociabus; donec mortem C-
stantia obiit an. 354. Ejus autem &
Atticæ, Artemiæ atq; Emerentianæ con-
tra, ab Alexandro IV sec. 13 sub altari co-
posita sunt. *Erudi filium tuum, & refrig-
bitte; & dabit delicias animæ tuae. Prov.*

IL.
Magni
que san
a, à Ga
ex-Syria
Ab his
renunt
bias in S
Atticam
sibi cre
ret SS.
i. Fac
lli succ
em pelle
o victo
redider
orro tri
s, ind
eius vi
es perm
habuit
is basili
oluribus
rtrem C
tem &
inæ con
altari co
re refrig
e. Prov.



S. ELEUTHERIUS EPISC.

Laborum pro Deo tolerantia.

Deus, qui per multos labores & dolores, perditam apud Nervios religionem, à S. ELEVTHERIO voluisti restaurari; fac nos ejus exemplo, ad quidlibet pro tuo honore fortiter sustinendum, confirmari.

Ora pro pusillanimis in Dei causas

¶

XX FEBRUARII.

ELEVTHERIUS, an. 456 Tornaci in Be-
gio natus est, cum jam urbs illa à Fran-
cis, adhuc paganis, occupata esset. Per ho-
illa pene tota, ad Gentilissimum redierat
quando ibi ordinatus Episcopus ELE-
THERIUS est anno 487. Multum ergo lab-
oris ex antlandum fuit; nec profuit Tribu-
filiam suscitasse à mortuis, aut Sancti co-
temptum immissa peste divinitus fuisse
stigatum: patienda à civibus ter flaga-
fuerunt, prius quam eorum corda emol-
ret Deus. Hoc autem per preces & sacrificia
propitiato, & liberâ Euangelio portâ ap-
tâ per Chlodovei Regis baptismum, bap-
tizata sunt xi millia civium. Successum hu-
Anastasio II relaturus ELEVTHERIUS, R-
mam adiit an. 497, rursumque ad succell-
rem Symmachum an. 501, ac tertium
Papatû Hormisdæ. Denique bonorum
rum atq. operum plenus, obdormivit an-
531. Mortuum sepelivit, qui pueru-
Episcopatum prædixerat, S. Medardus. C-
pus circa 897 elevatum, illatum in urba-
fuit 1064. Celebrata est etiam translan-
alia 1247, quando separatum à corpo
caput cessit Abbatiae S. Martini.

*Usque in tempus sustinebit patiens,
stea redditio jucunditatis. Eccli. 1.*



S. PETRUS DAMIANUS.


Usus Officii Mariani.

Deus, qui adnitente B. PETRO DAMIANO, Horarias Deiparæ preces decantari in quam plurimis ecclesiis voluisti; da nobis easdem, pari animi reverentia, & fructu piæ religionis, frequenter usurpare.

Ora pro cultoribus B. Mariae,
G.

Ordinis S. Crucis Fontis Avellanae pri-
mum eremitorium, sub propriis sum-
mi rigoris & paupertatis institutis initio
seculi XI erectum, ingressus PETRVS DA-
MIANVS, eruditione ac sanctitate insignis
ipsum cum aliis pluribus inde propagat-
regere Prior coepit ante annum 1044. Ho-
cum laude agens, Gregorio VI innotuit,
successoribus ejus, ad negotia maxime ar-
dua, sic probatus fuit, ut Stephanus IX, ex-
tractum ab Eremo, Episcopum Ostiensis
& Cardinalem nominaret 1058. Benedictus
& Honorio Antipapis fortissime resistit.
Ab Alexandro II Legatus trans Alpes mis-
sus, primum ad Cluniacenses Monachos
Archiepiscopos Galliae est, deinde ad Hen-
ricum Germaniae Regem; cuius manu
Agneti Imperatrici sic placuit, ut Confessio
rius optatus fuerit. Simili legatione ad Fle-
rentinos & Ravennates perfunctus, Fer-
riæ obiit 1072: ubi in novam arcam trans-
fatum fuit corpus 1354. Habentur eis
lucubrationes insignes, & Vita à S. Joa-
nico Laudensi, comite individuo scripta: Ec-
cisia quoq; eidebet valde propagatum us
Officii Mariani. *Non recedat laus (Mari)
de ore hominum, qui memores fuerint vir-
tutis Domini. Judith. 13.*

I.
lanæ pri-
priis sum-
itis initio
RVS Da-
in signis
ropagati
044. Ho-
inotuit,
axime a-
us IX, et
Ostiensis
Benedict
e restitu-
Alpes mi-
onachos
le ad He-
jus man-
Confess
ne ad Fl
tus, Fer-
cam tra-
entur et
S. Joan
pta: Ec-
atum uide
us (Mari
rint viri



S. MATHIAS APOSTOLUS.

Cura eligendi status.

Deus, qui B. MATHIAM Apostolorum
tuorum collegio sociasti, eoque gradu
dignum fecisti; da cunctis, de statu vitæ
incertis, eum eligere, in quo salutem,
ipso deprecante, certius consequi me-
reantur.


Ora pro deliberantibus de statu vita,
Op.

XXIV FEBRUARII. 60

MATHIAM, ex antiquioribus Christi discipulis unum, post illius ascensionem Judæ proditoris loco subrogatum sorte, connumeratum cum undecim Apostolis horum Actus testantur. Quibus deinde gentibus euangelizaverit, ubi, & quomodo mortem obierit, incertis sententiis traduntur auctores, iijq; non vetustissimi, tempus verum nec attingunt quidem. Græci, in Æthiopiam prædicasse affirmant, & ibi apud Sebasteopolim crucifixum fuisse. Latini, adstitos Portu Euxino populos ab eo illuminatos volunt: inde in Judæam rediisse, & in pacem quievisse dicunt aliqui; alii lapidibus jacente exanimem, securi percussum; utriusque Hierosolymis sepultum. Addunt corpus ab Helena allatum Romam, ubi ipsius deinde Paschalis I seculo 9 condiderit, sub abside S. Mariæ majoris. Trevirenses illud inde ad se deportatum affirmant, & revolutionem celebrant, factam anno 1127. Hanc cum multa sequentur miracula, ipso Apostolo per' visum jubente, insignis conditio apud eos basilica extra urbem est, quae Eugenius III cum monasterio dedicavit.

Cum ignoremus, quid agere debeamus, reliquum est, ut oculos nostros dirigamus Deum. I Par. 20.

I. 60
Christi di-
ensionem
n sorte, &
postolis
is deinde
quomodo
is tradun
mpus ver
Æthiopi
l Sebas
sitos Pon
inatos ve
& in pa
bus ja
; utriqu
nt corp
ubi ipsu
derit, si
enses ill
, & rev
127. Ha
ipso Ap
is cond
est, qui
edicavit
reamus;
rigamus;



S. WALBURGIS VIRGO.

Caritas fraterna.


Deus, qui S. WALBURGIM, ex Anglia
in Germaniam transire fecisti, SS. fra-
trum suorum futuram adjutricem; fac
nos illius exemplis in virtute profice-
re, & invicem fraternali caritate con-
stanter diligere.

Ora pro concordia inter fratres,

&

S. Bonifacio, Archiepiscopo Moguntino Germaniæ Ecclesiæ ordinante, Eystadiensis Episcopus factus est S. Willibaldus Anglosaxo, & frater ejus S. Wunibaldus Heidenheimense ibidem monasterium truxit, eiq; Abbas præfuit. Interim adolecebant in patria eorum soror WALBURGA sub disciplina S. Tettæ, Winburnensis Abatissæ; donec Bonifacii rogatu una cum aliis sociabus mare trajecit an. 748. Sextode annis in monasterio Bischofsheim vixit, tum ad fratrem Heidenhemium transiit, præfutura institutis ibidem Sanctimonialibus. Hic illa, virtutibus & miraculis clara, obiit circa 780. Offa, oleum salutis rum reperta stillare, ad Eystadiensium Virginum ædem sunt translata, necdum certum annis post mortem elapsis; ubi in meritis clarent miraculis, æque ac aliis pluribus locis, quibus communicatæ Reliquias per quas ejus cultus etiam per Belgiam propagatus, pluribus ei condendis ecclesias occasionem dedit. Antverpiæ vero in variis Burgo colitur, ut hospes aliquamdiu habita, cum iret in Germaniam.

Probata coram Deo & hominibus conditæ fratrum, & amor proximorum. Eccl.



S. PORPHYRIUS EPISC.

Zelus contra superstitiones.

Deus, qui S. PORPHYRIVM, virtutibus
& miraculis gloriosum, idolorum de-
structione gloriostorem fecisti; exaudi
nos per ejus merita supplicantes, ut,
falsorum deorum cultu exterminato,
unus ab omnibus Deus colaris.

Ora pro abolitione superstitionum,

Op.


XXVI FEBRUARII.

PORPHYRIVS, Thessalonicæ natus anno 351; Anachoreticam in Ægypto quinque annos tenuit, alterum quinquennium in Syria. Hierosolymam profectus socius Marco, eo qui vitam ejus, miracula & itineraria scripsit; Presbyter ibi & sanctæ Crucis Custos est ordinatus circa 396. Triennio tali munere functus, per visum à Christo didicit, pauperi, sed honestæ sponsæ iungendum sese, & electus est Gazensis Episcopus, æt. anno 40, magno civium bonorum urbem enim, quam fere totā iuvenit idolatriam, brevi reddidit Christianam. **C**onatibus favebat Imperator Arcadius edito de templis evertendis editio: sed pacemebatiis avaritia ministri mandatum perferuntis. Iter ergo Constantinopolim arripuit PORPHYRIVS, & Imperatricis Eudoxia conciliavit sibi gratiam, masculum paritatem pollicitus. Favente ergo illa, à Theodosio juniore, cum à baptismo ad palatium referretur, impetrare visus est quod optabat: & Gazam reversus, præter aliud octo, Marnæ quoque, seu Pluvii Jovis fanum destruxit, & obiit anno 421.

*Divinatio erroris, & auguria mendaciorum
semnia male facientium vanitatem est. Eccl. 34*

atus anni
ypto quin
quennium
ectus soci
la & itin
stæ Cruc
riennium
à Christ
onsæ ju
sis Episco
in bono
enit ido
ristianar
Arcadiu
o: sed pa
um perse
marripu

Eudoxia
m parim
à Theod
ad pale
s est qua
ræter alio
vis fanum
ndaciab
Eccli, 34



SS. JULIANUS & EUNUS MM.

Fidele obsequium erga maiores.

Deus, qui podagricorum dolorum
tolerantiam, qua S. JULIANVS tibi
placuit, per ignem coronasti; eique fa-
mulum EVNVM Martyrii socium addi-
disti; da nobis utriusque imitari con-
stantiam, & consequi præmia.

Ora pro fideliter famulantibus,


¶

Alexandrinę in Aegypto civitatis Episcopus S. Dionysius, de suae Ecclesiae presura, paulo suscep⁹⁹tu^m anno 250 Deciis Imperium, scribens S. Flavia Ep⁹⁹scopo Antiocheno, narrat; quod insigni eo tempore Martyrum primus fuit IULIUS; homo podagræ doloribus adeo oppressus, ut neque incedere, neque pedibus consistere posset. Hic, inquit, cum aliis duobus qui eum gestabant, ad judicium adducitur; quorum alter extemplo fidem denegat, alius EVNVS, & senex ipse IULIANVS, Dominus ingenue confitentur. Qui per totam Iuliam, camelis insidentes deducti, & ita sub limes verberibus cæsi; tandem immensum quodam rogo, & supra modum exarsiente, hominum multitudine undique cumfusa, comburuntur. Hæc Alexander, cuius verba in Graecorum Latinorum translata Fastos, toti Ecclesiae celeberrimum utrumque fecerunt; dominum adorans, podagricis ad patrocinium in doloribus; servum vero, famulis ad exemplum constantis erga heros ac Deum dei.

Servo sapienti prosperi erunt adiutoria, & rigetur via ejus. Proy. 14.

II.

Episcopis
elesiae pre-
no 250
vizio Ep-
in signiu-
uit VII
adeo o-
dibus co-
iis duob
adducit
negat, alt
Dominu
totam
& ita su
i immen
m exar
ndique
Alexand
norume
celeber
inum
um in
s ad ex
Deum
dus, &



S. OSWALDUS EPISC.

Ministerium Pauperum.

Deus, qui Episcopales S. OSWALD Ila-
bores, pauperum ministerio interpo-
latos, ante eorum pie lotos pedes sus-
cipere dignatus es ad coronam; præsta
ut inopum necessitati servientes, cari-
tatis officio immoriamur.

Ora pro pauperibus hujus urbis.

eg

XVIII FEBRUARII. 64

Oswaldus, S. Odonis Cantuariensis Archiepiscopi nepos, apud eum p[ro] educatus, Canonicus primum Wintamensis, dein & Decanus factus est. Sed malum in Floriacensi monasterio, sub S. Benedicti Regula, vitam degere, ubi varias dæmonitatemationes sustinuit. A patruo revocatus in Angliam, an. 960 mortuum reperit, & pro S. Dunstano ad Archiepiscopatum a sumpto, jussus est Wigorniensem Ecclesiam suscipere. Hic ille rem monasticam promovit insigniter, colonia Westbyrian duata, Rameseyensiq[ue] & Wigorniensis canobiis extructis, atque ecclesiis pluribus Clericis ad Monachos translatis. Post cum Dani Northumbriam vastarent ann. 972, etiam Archiepiscopatum Eboracen sem coactus est suscipere. Wigorniæ tam degebat ut plurimum; ubi, præcognito divinitus suæ mortis die, susceptis extremis cramentis, sui quasi oblitus languoris, Matutinis interfuit in ecclesia; & lotis paup[er]um pedibus, ante eos expiravit 992. Ann post 12 adfuit Eboracensis Aldulfus, & ostentulit, ad quæ sedata incendia & tempestates.

Honorat (Deum) qui miseretur pauperis. F. 14.

I. 64
uariensis
eum pie
ntamen
ed malu
Benedict
dæmoni
revocatu
eperit; &
patum a
em Eccl
onasticam
estbyrian
niensi ca
oluribus
s. Pon
rent ann
boraceo
niæ tam
ognito d
xtremis
uoris, Ma
tis paup
92. Ann
fus. & of
dia & ten
sur pan



S. SUIBERTUS EPISC.

Zelus animarum.

Deus, qui S. SUIBERTUM, veræ fidei doctorem, Belgis ad Rhenum positis mittere es dignatus; fac nos pio animarum zelo succensos, in earum salute opere & precibus curanda, ipsius exemplo & auxilio, efficaces.

Ora pro verbi Dei predicatoribus.

Inter 12 Apostolicos viros, ad Frisonum conversionem à S. Egberto Presbytero destinatos, primus post S. Willibrordum nominatur S. SWIBERTVS, æque ac ipse in Britannia natus, in Hibernia institutus monastica disciplina; & post aliquam cum sibi fructum relatum, eorumdem rogatu sub an. 694 consecratus Episcopus à S. Wilfrido Eboracensi. Hinc reversus in Frisiā, cum S. Willibrordo, similiter Romæ consecrato, egregie laboravit in nova illa vinea excolenda. Tum ad Boructuarios, nunc Montenses, ascendit; seque Pippino Duci ejusque uxori Plestrudi sic probavit, ut ab eis Rheni inslā, nunc Cæsaris dictā, donatus sit. Monasterium ergo ibi insigne construxit, quod etiam sui corporis deposito honoravit, mortuus 713, & contra anginam Patronus. Ejus Reliquiæ potiores argenteo in loculo repertæ sunt an. 1606. Laudes, prosa ac versu, breviter prosecutus post an. 900. S. Radbodo Episcopus, satis declarat, nullam antiquitus scriptam Viam suotempore extitisse.

Omnibus omnia factus sum, ut omnes salvos facerem. 1. Cor. 9.



B. CAROLUS COMES M.

Intrepida juris ministratio.

Deus, cuius famulus CAROLUS, pro
iustitiæ administratione, necem per-
tulit temporalem; da ut ejus fulti pa-
trocrinio, & instructi exemplo, sicaliena
corrigamus delicta, ut propriis vacui
mortem evadamus æternam.

Ora pro iudicibus populi,



II MARTII.

66

CAROLVS, Bonus Comes vulgo dictus, s. Canuti Regis Daniæ ac Martyris filius, puer in Flandriam à matre, post viri cedem profuga, delatus est ad consanguineos Comites. Apud hos nobiliter educatus, & bello Jerosolymitano probatus juvenis, relatum sibi à Balduino Comitatum obtinuit an. 1119, & generose ac sancte rexit. Cum autem publica inter potentiores latrocini comprimenda, de suorum consilio, suscepisset; conspirarunt in necem ejus Brugenii. Præpositus ejusque nepotes, cum aliis non nullis, & in S. Donatiani genuflexum, atque altera manu Psalmos volventem, altera elemosynas largientem, crudeliter obtruncarunt, an. 1127. Sic facta est Domus De Spelunca latronum; dum parricidæ in eis velut in castro, obsessos se tuentur: sed frustra. Interim ad cadaver expositum inchoeritur contractus; & ipsum deniq; die 2 Aprilis refossum, in ecclesia tandem reconciliata, sepelitur decentius. Rei seriem rerumque supplicia scripsere, Gualterus Morinensis Archidiaconus, & Galbertus Burgensis Notarius, ut viderant vel ex pretestibus certissimo norant.

Noli fieri judex, nisi valeas virtute irrumare iniquitatem. Ecli. 6.



S. CUNIGUNDIS VIRGO.

Amor virginitatis.

Deus, qui S. CUNIGUNDI concessisti,
ante, intra, & post conjugium virginitatem
servare intemeratam; da ut virtutem
continentiae digne aestimare, &
pro suo quique statu tenere omnes
eamdem, ipsa intercedente, valeamus.

Ora pro conjugibus continentibus.

CVNIGVNDIS, filia Sigifridi Luxemburgensis Comitis I, S. Henrico Ducis Bavariæ nupta, ab ipso Rege creata Moguntiæ, 6 Junii; Regina coronata est Paderbornæ, 10 Augusti 1002; ambo autem Romæ Imperatores à Benedicto VIII, an. 1014. Mutuo consensu virginitatem servantes, plurimas ubique ecclesiæ dotarunt aut fundarunt. Ipsa Confugiense monasterium in Hassia struxit: ubi post viri mortem, an 1024 obitam, Sanctimonialis effecta, vi sanctissime annis 15, variis in vita atq; post mortem illustrata miraculis: inter quæ memorabile, quod adulterii accusata, virginitatem, Henrico inspectante, probavit iudicio ferri carentis. Corpus, viri corpori Bambergæ contumulatum, ac postea seorsim sub altari est conditum, 9 Septembris, qui die adhuc colitur; sicut & die 29 Martii Canonizatio ejus, ab Innocentio III celebratur 1200. Vitæ & miraculorum Acta habentur Bambergæ, seculo XII scripta. Tunica puerperas periclitantes delata, multis tam servat.

*O quam pulchra est casta generatio cum
virtute! immortalis est enim memoria ipsius
Sap. 4.*



S. CASIMIRUS PRINCEPS.

Devotio erga Mariam.

Deus, qui inter regales delicias & mundi illecebras, S. CASIMIRUM purissimæ Matris tuæ cultorem eximium, virtute constantiæ roborasti; fac quæsumus ut eâdem adjuvante, fideles tui terrena despiciant, & ad cælestia semper aspirent. *Ora pro regno Poloniae,*

Casimiri III & Elisabethæ Austricae
Poloniae Regum secundo genitus CASI-
MIRVS, an. 1458 natus, à Joanne Longino
litteris ac moribus egregie instructus, inter-
iulæ delicias sanctissimam vitam, simul &
pœnitentiis asperam, instituit. Deiparæ fu-
amator eximus; & fidei zelo ardentim-
pulsus, Ruthenico schismati exterminando
incubuit. Regem ipsum an. 1471 elegit Hun-
garia: sed regnum terrenum suscep-
turo omnia infeliciter cadere sivit Deus, ut cælestes
maturaret. Ad hoc cum lenta tabe deduce-
retur, vita longioris spem faciebant medici
ex conjugali usu: sed maluit virginitatem in-
ferre tumulo, quem anno 1484 nactus est
Vilnæ in Lithuania. Sanctitatem defuncti
multa probaverem miracula: quæ cum vita
historia, an. 1520, Canonizationem à Leo-
ne X celebratam prægresso, scripsit Zacha-
rias Ferrerius, Gardiensis Episcopus. Cor-
pus an. 1604 integrum adhuc repertum est
cum eo quem Deiparæ panxerat, & quoti-
die recitabat Hymno, *Omni die. Mariana*
juvenum Sodalitas Mechliniæ, 1692, præ-
claram Reliquiam impetravit.

*Ego Mater pulchra dilectionis: qui eluci-
dant me vitam aeternam habebunt. Ecli. 24.*



S. COLETTA VIRGO.

Rigida disciplina observantia.

Deus, qui reformando Clarissarum Ordini B. COLETTAM mirabiliter præordinasti; concede, ut ejus adjuti precibus & instructi exemplis, vitæ ac morum accuratam teneamus disciplinam, & gloriam consequamur æternam.

Ora pro zelatoribus disciplina,

VI MARTII.

COLETA, Corbeiæ in Picardia nata an.
1381, quadrima coepit Deum nosse, &
singulares facere ad virtutem progressus.
Adultior anno uno in Beginagio, tribus in
Reclusorio vixit. Hinc an. 1406, permisso
Legati Apostolici egressa, Benedictum XII
Avenione adiit; qui e jesus spiritu & vocatione
probatis, constituit Abbatissam Clarissarum
per ipsam reformandarum. Mirum quo suc-
cessu Virgo paupera eo munere etiā pro
viris sit perfuncta, unde Colettinarum insti-
tutum hodie dum in primo rigore perseve-
rat. Inter plurima quæ condidit à fundamen-
tis, ultimum fuit monasterium Gandavense,
beneficio Philippi Boni Burgundiæ Ducis
fundatum an. 1442; ubi etiam sanctissime
obiit an. 1447. Corpus levatum de terra
1491, hodie dum conspicuo in tumulo jacet;
eodemque anno, seniores Virgines quæ illi
convixerant, juramento confirmarunt, Vitæ
& miracula, descripta à defunctæ Confessa-
rio, multum uso schedis Sor. Perine. Festum
cum Missa & Officio, ipso in loco indulxit
Clemens VIII, an. 1604.

Initium sapientia verissima est disciplina
concupiscentia, custodia autem legum cur-
summatio incorruptionis. Sap. 6.



SS. PERPETUA & FELICITAS.

Amor Dei super omnia.

Deus, qui Sanctis PERPETUA & FELICITATI dedisti amori tuo omnem carnis affectum postponere; da nobis earum exempla subsequi, & cælestia consequi, ipsis intercedentibus, *præmia.*

Ora pro fidei restitutione in Africa.

Anno 203, Carthagine in Africa compre-
hensi sunt Catechumeni quatuor, & in
carcere baptizati; Revocatus, & **FELICITAS**
conservat ejus; atque **PERPETUA**, 22 anno-
rum Matrona, cum Secundulo. Hic in vincu-
lis obiit; isti, cum SS. Saturnino & Saturnino
damnati ad bestias sunt, ab Hilariano Pro-
vinciæ Procuratore. Gerebat tunc uterum
FELICITAS, juxta legem ad partum servan-
da: sed obtinuit Martyrum supplicatio, ut
quam cupiebant habere martyrii sociam
octavo pareret mense. **PERPETVA** vero
cujus manu habemus descriptam rei seriem
quo adusque scribere illa potuit) patris gen-
tilis canos, & iteratas saepius preces, Chil-
caritate vincens, etiam lactentis filii super-
vit amorem. Natali deinde Getæ Imper-
toris die, productæ in Amphiatheatrum,
feroci vaccæ objectæ sunt ambæ; sed ade-
nihil ab ea lassæ, ut in se reversæ ignorare
quid passæ essent: deinde se mutuo oscula-
coram spectante & necem earum poscent
populo, gladiis sunt necatæ. Earum en-
mium etiam S. Augustinus scripsit.

*Qui amat patrem aut matrem, filium
filiam, plus quam me, non est me dignus.*
Math. 10.



S. THOMAS de AQUINO.


Studium sapientia Christiana.

Deus, qui Ecclesiā tuā B. THOMÆ eruditio-
nē clarificas & operationē secun-
das; da nobis, ejus exemplo & studio
instructis, quæ docuit intellectu con-
spicere, & quæ egit imitatione com-
plere.

Ora pro sacra Theologia. Doctoribus.

THOMAS Landulfi Comitis Aquinatis in regno Neapolitano filius, puer in monasterio Casinensi institutus, Ordini Prædicatorum adolescens se dedit. Parisios missum intercepere fratres, & castro S. Joannis inclusum varie tentaverunt à proposito adducere, immisla etiam aliquando meretrici. Sed ubi hanc titione arrepto fugavit, monumbos fibi ab Angelis constringi sensit, canis stimulis liber deinceps futurus. In Theologia sic profecit, ut Doctoris Angelici titulo hodiecum celebretur; in suis scriptis, plurimis ac variis, excellens mira facilitate ares difficillimas explicandas. Oblatum à Clemente IV Neapolis Archiepiscopatum recusavit; à Gregorio X ad Lugdunense Concilium missus, obiit 1274 in Fossæ novi monasterio, quinquagenarius. Canonizatum; an. 1323, Joannes XXII, lectis quod Guilielmus de Toco collegerat vitæ & miraculorum actis. Urbanus V 1368 Corpus & Caput transferri Tôlosam in Galliis posuit. Brachium possidet Parisiensis Conventus Prædicatorum.

Venit in me spiritus sapientiae, quam similitudine didici, & sine invidia communio.
Sap. 7.



S. JOANNES DEI.

Visitatio infirmorum.

Deus, qui per S. JOANNEM novam infirmis ministrandi formam in Ecclesia constituisti; da ut ejusmodi piæ caritati vacantes, eadem præmia, intercedente ipso, consequantur.

Ora pro infirmorum curatoribus.

¶

VIII MARTII.

72

JOANNES, in Eboreensi Lusitaniae diœcesi tenuiter natus, & octennis furtim abductus in Hispaniam, pascendis ovibus fuit applicitus Oropezzæ. Miles deinde factus, aliquot stipendia contra Mauros in Africam eruit: a quibus solutus, denuo eodem rediit, sublevandorum qua posset pauperum causa. Granatae denique, audita an. 1539 Joannis Avilæ concione, sic exarsit, ut totum sese misericordiae operibus tradere constituerit. Postea, conatus ejus juvante Deo (quem jugiter ore versans cognomen inde accepit) proprium Granatae Nosocomium construxit, in cuius ministerio plures alios adscivit sibi socios: qui etiam eo mortuo idem institutum sunt prosecuti, nullis religiosis votis adstricti, & Sacerdotii expertes. Obiit autem ipse an. 1550, ex contracto vifrigoris impotenti morbo: & quia ædes sacra Nosocomio non erat, sepultus est in templo Minimorū. Hic post 20 annos repertum corpus integrum est; multisque miraculis illustratum JOANNEM Urbanus VIII 1630, Beatis; Alexander item VIII, Sanctis 1690, adscripserunt; cum jam inde ab an. 1571, Pius V illius Socios recepisset ad vota Religiosa.

Nonte pigeat visitare infirmos: ex his enim in dilectione firmaberis. Ecli. 7.

72
dicēcesi
m abdu-
s fuit ap-
us, ali-
ricame-
n rediit,
m causa.
Joannis
-iūn seſe
tituerit.
(quem
accepit)
conſtru-
adſcivit
em insti-
ſis votis
it autem
ſimpor-
ſocomio
nimorū.
bus inte-
uſtratum
atis; Ale-
dſcripſe
s V illius
his enim



S. FRANCISCA ROMANA.

Devotio erga Angelos custodes.

Deus, qui B. FRANCISCAM, inter ce-
terā gratiæ tuæ dona, familiari Angeli
consuetudine decorasti; concede ut in-
tercessionis ejus auxilio, Angelorum
conſortia conſequi mereamur.

Ora pro cultu Angelorum augendo.

FRANCISCA, nobiliter Ronæ nata an.
1384, duodennis nupta fuit Laurentio
de Pontianis; & moriente mox socrum, nu-
merosæ familiæ debuit suscipere regimen.
Hinc nulla ex parte deficiens, non minus se
impendebat exercitiis pietatis; quin etiam,
post liberos aliquot ex viro susceptos, per-
missa est suo arbitrio vivere. Dimisit ergo
omnem vestium ornatum; & multis suo ex-
emplo ad seculi vanitatem abjiciendam in-
ductis, extruxit ad Turrim-speculorum Ob-
latarum domum: quibus tandem & ipsa
accessit, vidua facta an. 1436, ætatis 52. An-
geli Custodis quotidiano pene fruebatur
conspictu; saepe etiam aliorum Cælitum.
Die 9 Martii 1440 defunctæ corpus, & in
S. Mariæ-noræ apud Olivetanos sepultum
repertum est 27 Julii adhuc integrum; rur-
sumque an. 1638 elevatum, & 1648 trans-
latum est ad novi operis mausolæum. Ca-
nonizationem, ab Innocentio VIII cogita-
tam, Paulus V an. 1606 absolvit. Urbanus
VIII & Innocentius X cultum auxere.

*Angelum meum observa, & audi vocem
eius; nec contemnendum putas, quia est in
men meum in illo. Exod. 23.*



S.CATHARINA BONONIEN.

Prompta obedientia.

Deus, qui famulam tuam CATHARINAM, etiam post mortem fecisti exemplum dare obedientiae, qua vivens excelluerat; concede nobis in eadem virtute proficere, & promissam obedientibus victoriam obtainere.

Oratio viventibus sub obedientia.

¶

ata an.
arentio
ru, nu-
gimen.
minus se
etiam,
s, per-
isit ergo
s, suo ex-
dam in-
um Ob.
& ipsa
52. An-
uebatur
ælitum.
us, & in
pultum.
um; rur-
3 trans-
um. Ca-
I cogita-
Urbanus
ere.
di vocum
ia est nr

CATHARINA, nobilibus parentibus an-
no 1413 edita Bononiæ, undenni-
suscepta Ferrariæ est in monasterium Cla-
rissarum; quas inter sic in omni virtute pro-
fecit, ut novo Bononiæ monasterio jussa
an. 1457 præesse. Illic commissas sibi Vi-
gines ad omnem sanctitatem vivens ac mo-
riens informavit; gratiisque celestibus plu-
ribus cumulata, migravit ad sponsum 1463.
Post dies 19 refossum corpus, pristinoque
decori miraculose redditum, in novo su-
sepulcro cœperat infuscari. Itaq; post bien-
nium inde receptum est, nihil minus succu-
lentum ac flexible quam cum obiit; & in ta-
bernaculo ad id parato sedere jussum (nam
sque eo virtus obedientiæ valuit) hodie
dum ita sedens conspicitur. Extat Vita in
tra 50 annos ab obitu scripta; quam plu-
postea retractavere, & miraculis multis de-
latavere. Clemens VII Officio & Missa co-
eam permisit, Clemens VIII Romano Ma-
tyrologio inscribi jussit; & proximum est
Canonizatione solenni adscribatur Santo-
rum Catalogo.

Mens justi meditatur obedientiam. Prov.



S. GREGORIUS PAPA.

Fuga honoris mundani.

Deus, qui animæ famulitui **GREGORII**
æternæ beatitudinis præmia contuli-
sti; concede, ut qui peccatorum pon-
dere premimur, ejus precibus subleve-
mur, & instruamur doctrina.

Ora pro Romano Pontifice.

6

76
tibus an-
undenni-
um Cla-
tute pro-
o jussa su-
sibi. Vi-
is aem-
tibus plu-
am 1463
istino qu-
novo suo
post bien-
nus sicc-
; & in te-
um (nam
t) hodie
t Vita, in-
am pluri-
multis d-
Missa co-
ano Mar-
num est.
ur Sanc-

Prov. 11

GREGORIVS amplum patrimonium, mortuis parentibus, impendit monasteriis 12 in Sicilia, uno Romæ ædificandis in hoc factus etiam ipse Monachus. Eum inde educens Benedictus Papa an. 579, Card. Diaconum creavit; Apocrisiarium Constantinopolim misit Pelagius II. Hunc cum postis, initio Februarii 590, sustulisset; electus ipse ad Pontificatum, nihil non egit, etiam apud Imperatorem, utonus excuteret. Cumque in speluncam quamdā se abdidisset, visus super ignea columnā latenter prodidit. & 3 Septembbris coactus fuit Ordinationem suscipere. Ex hinc annos 13, menses 6, dies 10 sedit, infirma fere semper valetudine eoq; mirabiliora sunt, quæ plurima dixit, fecit, scripsit; etiam aliquando visus S. Spiritum, columbæ specie assidentem, habens. Obiit an. 604. Defuncti corpus, ante Secretarium sepultum, in Basilica Vaticana Gregorius IV ad propriam ecclesiam translatis: sed ad priorem revexit Clemens VIII. Paulus autem V in novo Gregoriano oratorio collocavit an. 1608. Vitam, ab Auctore synchroно scriptam, in 4 libro extendit. Joannes Diaconus, circa 880

*Quanto magnus es humilia te in omnibus
& coram Deo invenies gratiam. Ecli. 3.*



S. EUPHRASIA VIRGO.

Amor Crucifixi.

Deus qui S. EUPHRASIAM, mundi ille-
cebras & dæmonum furias, virtute
Crucis, triumphare fecisti; nos quoque
in Crucifixi dilectione firmatos, fac
cuncta adversantia ejusdem præsidio
superare.

Ora pro amatoribus Crucis.

ANTIGONI Senatoris uxori, & Theodosii Imperatoris affinis Eupraxia, cum viro orbata importunius solicitari se ad nuptias secundas videret; assumptâ substantiâ suâ parte bona, filiolaque EUPHRASIA, licet jam viro subarrhata, in Ægyptum abiit: ubi piis operibus vacans, & monasteria obiens, cum aliquando vellet sub noctem recedere, amplexa Crucifixum septennis puella, negavit se inde a vellendam. Commendavit ergo illam Abbatissæ mater; & ambæ monasticam indutæ vestem, quiete vivebant in humili subjectione. Orbatur dein matre sua duodecimis EUPHRASIA, & Imperator mittit quæ eam sponso adducant: sed generose rescribit, se Christo jam nuptam. Exinde quam ante operosius ad omnem fæse exercens virtutem, suique ac dæmonis identidem molesti victrix egregia, ad annum 30 ætatis pervenit. Tunc morituram Abbatissa divinitus intellexit; idem intellexit etiam ipsa, & benedictione illius accepta, soluta anima evolavit ad sponsum. Corpus matricem contulatum fuit in Thebaide post an. 410. Græci eam etiam colunt 15 Julii.

*Fasciculus myrrha dilectus meus mihi,
Grad me conuersio ejus. Cant. I & 7.*

heodosii
um viro
nuptias
ntiae sue
licet jam
: ubi piis
obiens,
ecedere,
la, nega-
vit ergo
nasticam
n humili
sua duo-
nittit qui
se rescri-
de quam
exercens
dem mo-
o xatatis
issa divi-
am ipsa;
ta anima-
ri contu-
an. 410.



S. MATHILDIS REGINA.

Iejunii sabbatini observantia.

Domine Jesu, qui sabbatinæ diei rigi-
diorem observantiam nobis B. MA-
THILDIS Reginæ exemplo commen-
dasti; fac ut resurrectionis tuæ me-
moriā recolentes, illius quoque
communionem percipiamus in cælo.

Ora pro utraque Saxonia,

Henr. Causé' sculpsit.

MATHILDIS, ex stirpe S. Witikindi Saxonum Ducis progressa, Henrico Aucti Germaniæ Regi data fuit conjux; & ad pie vivendum erigendaque monasteria adiutorium opportunum. Hoc viduata an. 936, molestos passa, quos minime oportuerat, filios, ditionibus dotalitiis coacta cedere. Sed pietas tandem in viscera rediit. Ex hinc quæ sui juris erant liberalius cœpit erogare in opera misericordiæ, & an. 962 pro salute filii Ottonis, Romani Imperatoris tunc coronati, Northus anum condidit monasterium. Spiritu donata propheticō nascituri ex nepotulo suo S. Henrici claritatem cognovit; uti & instantem sibi mortem. Quintelingburgum igitur festinavit, cum viro suo communem optans sepulturam, in ecclesia monasterii, quod communis sumptus fundaverant. Sed Moguntinum Archiepiscopum, qui sibi istic extrema ministrarat, prius obitum indicavit; ipsa mox secuta an. 968, in Sabbato, semper à se religiosus culto. Habetur Vita, S. Henrico jubente scripta.

Iejunabam & orabam ante faciem Domini. 2. Esdræ. 4.



S. HERIBERTUS ARCHIEP.

Oblivio injuriarum.

Domine Jesu Christe, qui pro crucifixoribus tuis Patrem moriens deprecatus es; da nobis, S. HERIBERTI meritis, exemplum tam pium subsequi, ipsarumque injuriarum, pro tuo amore, penitus oblivisci.

Ora pro correctione vindictam quaerentium, G.

van loybos delineavit

XVI MARTII.

HERIBERTVS, post primam in Gorziensi cœnobio institutionem, ab Hildebaldo Wormatiensi Episcopo suscepitus in familiam, sic profecit, ut Otto III Cancellarium habere voluerit. Sacerdos consecratus, Hibernenses insulas deprecatus est: sed Coloniensem Archiepiscopatum detrectare non potuit anno 983, cum hac una ratione videatur caveri posse Cleri istius schisma. Imperatorem comitatus in Italiam, ejus in mortui corpus in Germaniam retulit. Defuncto successerat S. Henricus: cuius electioni quia non faverat HERIBERTVS, fuerunt qui ab hoc illum alienarent; unde crebrum Archiepiscopo natæ molestiæ: cum cælesti monitor intercessit, per quem cognita Præfusis innocentia est, amicitiaque resarta. In rerum visitandum diœcесim Novesii mortuus 1121, & in Tuitiensi quod fundaverat trans Rhenum monasterio sepultus, à Gregorio, verosimiliter IX, canonizatus fuit. Lecta, quam Monachus synchronus scripsit, & Rupertus Abbas expoliverat Vitâ.

*Ne quaras ultionem, nec memineris in
ris. Lev. 19.*

Gorziensi
Gildebaldo
s in fami-
cillarium
atus, He-
sed Colo-
ectare non
one vidu-
isima. In
, ejus in
ulit. Du-
us electio-
s, fueru-
ide crebu-
m cælesti-
gnita Pri-
esarta. In
i mortu-
undaver-
is, à Gru-
zatus fu-
us scrip-
at Vitâ.
zeris in



S. PATRICIUS EPISC.

Zelus pro fidei dilatatione.

Deus, qui ad prædicandam gentibus
gloriam tuam, B. PATRICIVM in Hi-
berniam mittere dignatus es; ejus no-
bis intercessione concede, ut quæ
agenda præcipis, adimplere te mise-
rante possimus.

Ora pro reductione Hiberniorum

Ad usum patrum

XVII MARTII.

PATRICIVS, Alcludæ in Britannia natus
an. 377, & in Hibernicam servitutē ab-
dus puer, cœpit jam tum divinis visioni-
bus admoneri, quod illi genti Apostolus fu-
turus præpararetur. Inde ergo lapsus, & la-
cris iniciatus, post varias peregrinationes
anno 433 regressus in Hiberniam est, & S.
Cælestini Papæ imperio factus Episcopus.
Ab incultiori ejus insulæ barbarie exorsu
apud Ulidios, totam deinde circuivit, verbo
& opere efficax apud parvos ac magnos, ne-
quidquam obstantibus gentis ejus Magis.
Dici non potest quam multa patravit mira-
cula, futura prænuntiarit, dura passus si-
ubique instituens ordinansq; ecclesias, ple-
bes & monasteria; donec tandem de vicino
præmonitus exitu, Dunum rediit, unde ca-
perat, sepultusq; ibidem est an. 460. Todem
postea illata sunt corpora SS. Brigidæ Vir-
ginis, & Abbatis Columbæ; simulque sub S.
Malachia 1185, in novam Cathedralem
translata; quæ qui dissipare ausus est Proren-
hæreticus, pœnas Sanctis dedit, securi per-
cussus 1541.

*Vas electionis est mihi iste; ut portet nomen
meum coram gentibus & regibus. Act. 9.*



S. GERTRUDIS VIRGO.

Bonus usus divitiarum.

Castorum corporum custos ac men-
tium, Deus, cordibus nostris B. GER-
TRUDIS meritis pius illabere, & spiri-
tualis vitæ tribue puritatem; ac re-
ctum honorū temporalium usum, per
quem præmia consequamur æterna.

Ora pro divitiis,

egn

Societatis Jesu.

nia natus
vitutē ab-
is visioni-
stolus fu-
psus, & la-
nationes
a est, & S.
Episcopus
e exorsu
vit, verbo
agnos, ne-
us Magi-
arit mir-
passus si-
essas, ple-
de vicin-
undeca-
o. Eoden-
gidæ Vir-
que sub S.
hedralen-
est Prora-
ecuri per-
ret nomi-
Act. 9.

Dippino seniore Francorum Duce, sub
an. 640 Christi vita functo, ipsius uxor
Itta, mundo renuntians, sacrum velum
ivellis in Brabantia sumpsit, de manibus
Amandi, una cum filiâ GERTRVDE, eo-
n spiritu ductâ. Hæ quia, præter seipso-
nam sua, quæ plurima per Brabantiam pos-
t debant, volebant Deo sacra, impensa que
indandis aut dotandis ecclesiis, hospitali-
bus, nosocomiis; plurimæ utrique injuria
propinquis atque calumniæ perpetiendæ
uerunt. Sed vicit omnia fervens dilectio,
qua instructa GERTRVDIS, monasterii regi-
men ex voluntate matris Abbatissa suscepit;
cessitq; etiam illâ mortuâ, usque id an. 659,
quando ex S. Ultano intellexit, obitum se-
die S. Patricii. Corpus defunctæ, Nivellis se-
pultum, plurimis maximisque miraculis in-
claruit: quorum antiquiora, una cum vita,
scripsit domesticus ejus Clericus. Alii alia
addidere: præsertim post an. 1292, quo re-
cognita sacra ossa fuerunt, die 9 Julii. Con-
tra plagam glirium, agris domibusque infe-
ctorum, patrocinium ejus vulgo imploratur.

Divitiae si affluant, nolite cor opponere.
Pſ. 61.



S. GABRIEL ARCHANG.

Memoria Incarnationis I. C.

Deus, qui inter ceteros Angelos, ad annuntiandum Incarnationis tuę mysterium, Archangelum GABRIELEM elegisti; concede, ut per ipsum fides nostra roboretur in terris; & Angelorum consortium obtineamus in cælis.

Ora pro dubiis in fide hujus mysterii.

80

e, sub
us uxor
velum
manibus
eo.
seipfas
im pos-
ensaue
ospitali-
injuriaz
etienda
lilectio,
rii regi-
uscepit;
an. 6, 9,
uram se-
vef is se-
culis in-
um vita,
Alii alia
quo re-
lili. Con-
ue infe-
loratur,
pponent.

g 1 XVIII MARTII.

Idem Archangelus GABRIEL, qui Daniel
Prophetæ sub ænigmate hebdomadu-
70 revelaverat, quomodo post annos 490
numerandos ab edicto Artaxasis, Jeru-
alem restaurari permittentis, sub medium
hebdomadæ ultimæ, id est, anno post edictum
etum 487 occidendus esset à Judæis Christus: quique post annos 453 ab isto edicto
apparuit Zachariæ Sacerdoti, & conceperat
Joannis Præcursoris prædixit; sex deinceps
mensibus post missus in Nazareth, ad Vir-
ginem Mariam, incarnando in ea Verbum
assensum elicuit. Creditur etiam monuissi-
tum Josephum, ne divinitus gravidam uxori
rem dimitteret; tum Magos, ne reverteretur
ad Herodem; præcepisse deinde fugare
in Ægyptum, & Herode mortuo redditum
terram Israel; ac denique Christum ipsum
in ultima ante passionem agonia, consolare
rasse. Græci ejus festum postridie Annun-
tiationis agendum susceperunt; Latini, His-
pani, ac Galli, inter primos eidem attribuerunt
octavam diem ante idem festum
Innocentius XI Officium in hanc die
transtulit. Spiritus sanctus superveniet
te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: id
que & quod nascetur ex te Sanctum, voca-
tur Filius Dei. Luc. i.



S. EDUARDUS REX M.

Vita innocentia.

Deus, qui innocentem S. EDWARDI
Regis vitam, incorruptione corporis
& multis miraculis, declarasti; da, ut
inculpatos ejus mores imitando in
terris, per ipsum & cum ipso regnare
in cælis mereamur.

Ora pro injuriam patientibus,

Co

Edgarus, Rex Angliæ nobilissimus, ex Egelfleda Ordmeri Ducis filia, EDWARDVM genuit, successoremque in regno reliquit an. 975. Id iniquius cum ferret Alfrida noverca, privignum Regem, fratis Ethelredi visendi causa ad se ex venatione divertentem, interfici fecit an. 978, ætatis 15, cum equo residens, hospitale poculum abiturus sumeret. Severitas in malos, benignitas erga bonos, & summa in pauperes liberalitas eluxerant in eo. His virtutibus quam gratus Deo fuerit, ostendit lux cælitus infusa corpori, & cæca ad illud illuminata. Abjectus tamen in paludem est; ubi nelateret, fecit columna ignea, desuper lucens. Sepultus ergo Werhami est: sed matris scelus aversatus Ethelredus, corpus triennio incorruptum, Septoniam transferri fecit an. 981, ac templum desuper exstrui, Martyremq; declarari in solenni conventu an. 1001. Factum est tamen, ut (sicut S. Dunstanus prædixerat) partum sanguine regnum, invadentibus illud Danis amitterent nati ex Ethelredo filii: illudque ægre recuperavit secundo genitus Eduardus, etiam sanctus. *Qui ingreditur sine macula, & operatur justitiam ... non moubitur in aeternum. Psal. 14.*

82
imus, ex
, EDVAR-
gno reli-
ret Alfrei-
, fratri
enatione
8, ætatis
poculum
los, beni-
pauperes
irtutibus
t lux cæli-
ud illumi-
n est; ubi
esuper lu-
t: sed ma-
, corpus
iam trans-
esuper ex-
enni con-
uen, ut (si-
rtum san-
ud Danis
i: illudque
us Eduar-
ur sine ma-
non mou-



S. JOSEPH, SPONSUS MARIÆ.

Amor Iesu & Mariae.

Sanctissimæ Genitricis tuæ Sponsi JO-
SEPHI, Domine, meritis adjuvemur,
ut quibus ipse vivens devotum præ-
stítit ministerium, eorum postmortem
aspectu perfruamur, in æterna cum
ipso beatitate lætantes.

Ora pro operis manuarjis,

¶

IOSEPHVM, licet opificio fabrum, regis
tamen Davidis stemmate prognatum,
stantur Matthæus & Lucas; in ejus tamen
genealogia texenda discrepant; dum hic
Gentibus scribens, solam carnalem genera-
tionem spectantibus, ab Heli ascendit
Nathan Davidis filium, & hinc usque ad
Adam; iste, Judæis legalia præferentibus
satis habuit, ostendisse Josephum, licet ei
Heli Nathanita carnaliter natum, secun-
dum legem tamen dictum filium Jacob
Salomonidarum ultimi, quia ex ejus absque
liberis mortui uxore genitus fuit. Hoc au-
tem quid ad Christum? Quia ejusdem He-
lius ex alia uxore filius Joachim, pater
fuit Mariæ: quæ cum esset parentibus uni-
ca, proximus ejus agnatus & patruus Ioh-
nus uxorem ex lege debitam habuit, no-
obstante utrumque voto virginitatis; ita quod
ille non solum vir Mariæ, sed etiam pater
legalis Jesu, hunc heredem constituit ar-
tarum benedictionum, Davidi & Abra-
mo factarum. Ejus acta usque ad annum
Christi, ex Euangelio patent; annus mori-
& sepulturæ locus, latent.

*Ioseph vir Mariæ, de qua natum est Iesu
qui vocatur Christus. Matt. i.*



S. JOACHIM, PATER MARIAE.

Desiderium videndi Mariam.

Deus, qui B. JOACHIMI preces suscipere dignatus es, ut ex sterili diu conjugie genitricis filii tui pater efficieretur; exaudi vota piorum conjugum, & auge in nobis Mariæ in cælis videndi desiderium.


Ora pro piis conjugibus,

¶

JOACHIMVM Bethleemitam, filium Heli, Iesusque uxorem Annam, Deiparæ genitores, Græci colunt 9 Septembris, diem natæ Virginis sequente, scilicet ex proprio sibi usu, post præcipua quæque festa Domini ac Dominæ nostræ, recolendi memoriam eorumquid mysterium proxime spectant. Latini cur Annam in Julio commemorent alibi dicendum; in Martio vero, quo Incarnationis Verbi die 25 occurrit, sicuti ipsam prævenientes, octiduo ante instituerunt festum Angelii, eam annuntiantis, ita consequenter ordinarunt Josephi ac JOACHIMI cultum, hujus ut Deiparæ patris secundum carnem, istius ut ex lege viri Mariæ, de qua nullo alio viro mediante, natus est Christus. JOACHIMVM porro ajunt, diu sterili conjugio Annæ usum, de nascitura sibi benedictionis filia præmonitum ab Angelo, actam sancte vitam sanctissime finisse juxta templum, in quo illam obtulerat Deo, ibi ab Anna sepultum fuisse; unde Reliquæ in Europam allatæ, habeantur Bononia in Italia, & Coloniæ Agrippinæ ad Rhenum. Festum Julius Papa II instituit.

Sicut latantium omnium nostrum habitus
tio est in te, sancta Dei genitrix. Brev. Rom.

84
a Heli,
e geni-
em na-
rio si-
omini
oriam
ectant,
noren-
Incar-
ipsam
uerunt
conse-
CHIMI
undum
de qua-
st Chri-
u sterii
sibi be-
Angelo,
Se juxta
eo, ibiq,
liqua-
ononia
ad Rhe-
uit.
habit
v. Rom.



B. AMBROSIUS PRÆDIC.

Reconciliatio dissidentium.


Deus, qui B. AMBROSIUS dissidiorum
publice ac privatim tollendorum gra-
tiam mirabilem contulisti; exaudi
nos, pro servanda inter cives concor-
dia supplicantes, & pacem omnibus
æternam concede.

Ora pro pace inter nos servanda,

63

AMRROSIVS, nobili Sansedoniagente Se-
ræ sanctitatis indicia varia, eadem confir-
mavit adolescens, insigni virtute & casti-
monia constanti. Ordinem Prædicatorum
ingressus 1237, Theologiam Parisiis audi-
vit & legit. Germanos discordia & haereti-
laborantes pacificavit & correxit: pro civi-
bus propriis, interdicto subjectis, apud Cle-
mentem IV, rursumque pro relapsis, apud
Gregorium X intercessit orator efficax. A
hoc oblatum Episcopatum deprecatus, i
Galliam ivit 1266, Crucem pro Terra sa-
eta assumendam persuasurus. Privata plu-
riū dissidia composuit, magnam per
tracula nactus auctoritatem. Habentur ha-
cum vitæ actis, jussu Honorii IV uno po-
bitum anno scripta à quatuor Fratribus.
Obieta autem anno 1286, Sanctus ab in-
fante pronuntiatus, & talis agnitus incor-
ruptionē corporis per dies 40: post quos
in marmoream arcam, sæpe deinde à flam-
mis illæsam, translatus est 30 Aprilis. No-
men Romanis Fastis adscribi jussit anno
1597 Clemens VIII.

*Fructus autem justitiae in pace seminatur
facientibus pacem. Jac. 3.*



S. BENEDICTUS ABBAS.

Observatio Regulae.

Deus, qui per famulum tuum BENE-
DICTVM Monachis scripsisti Regu-
lam, discretione præcipuam; fac ut
eius observantia in cœnobiis vigeat,
& Ecclesiam bono ædificet exemplo.

Ora pro Ordine Benedictino,

Co

Nursiæ in Umbria sub an. 480 natus BENEDICTVS, dimissis studiis, cum nutrice petiit eremum aliquam. Inde solus Sublacum transiit; unoque tantum consilio quicibos præberet, triennium in specu vixit. Hic ostenditur locus, ubi ipse nudum corpus volutavit inter vepres, quoad subiectas à dæmone libidinis faces, doloris sensus extingueret: quas vepres S. Franciscus Assisiæ veneratus, rosas eis insevit. Ibi cum non posset latere diutius, 12 ædificavit monasteria, prius quam an. 529 Cassinum monte occuparet: in quo multis ad se collectis Regulā scripsit, virtutibusq. & miraculis ac prophetiæ spiritu præditus, Totilæ Gothorum Regi an. 541 prædictis mortis suæ tempus; ipse vero prius ad cælos abiit, quo præferri animas SS. Germani Episcopi Capuani & Scholasticæ Sororis suæ viderat defunctus Sabbato ante Dominicam passionis an. 543. Quantis ibi mox fulserit miraculis sciremus, nisi monasterium Longobardi desolassent anno 589. Vitam tuac S. Gregorius Papa scripsit, uti narrarunt discipuli adhuc superstites.

*Fili, si susceperis sermones meos, & manu-
ta mea absconderis penes te, inclina cor tuum
ad cognoscendam prudentiam. Prov. 2.*

natus
, cum
e solus
onscio
ecu vi-
nudum
d subje-
ris sen-
nciscus
vit. Ibi
dificavit
assinau
se colle-
miraculis
tilæ Go-
ortis sua
biit, quo
copi Ca-
e viderat
eam Pal-
serit mi-
Longo-
nunc S.
arrarun
g manu
cor thu
v. 2.



SS. HERLINDIS & RENILDIS.

Concors pietas.

Deus, qui sanctis sororibus HERLIN-
DI & RENILDI dedisti, concordi re-
ligionis studio, præesse simul & pro-
delle; fac ut simili pietate unanimes, &
in tuo quoque servitio stabiles, ipsis
intercedentibus comprobemnr.

Ora pro sacris parthenonibus,

¶

Parentibus in Brabantia nobilibus, Adalardo & Grimuara, natæ Virgines HERLINDIS & RENILDIS, cum in partu none Valencenensi essent aliquamdiu per educatæ, revocatæ in patriam sunt, sacerdoto sumpto consecrandæ Deo istic, ubi ibi parentes sepulcrum, ipsis domicilium ædificarent. Ad id inventus prope Mosam idoneus est locus, Eyka à quercu dictus qui dum instruitur ædificiis opportunis volupe erat videre delicatas ac nobilis puellas, saxa ulnis, fabulum sinu convenientes. Florebant tunc SS. Willibrordus Bonifacius Episcopi, ab an. 718 ad 739 mul in conversione Gentilium occupati qui Eykam divertentes, ambas ordinarii Abbatissas, prius fortassis HERLINDEM; hac intra annos non multos 12 Octobris defuncta, REINILDEM; quando alterutrius precibus virum multiplicatum legitur. Posterior admodum grandis natu monasterium diu rexit, defunctaq; fuit 3 Febr. Cum aitem Franco Leodiensis Episcopus seculo novo am dedicasset ecclesiam; utriusque ob hac die transtulit in argenteam capsam.

Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Matt. 11.



S. SIMON PUER M.

Innocentia morum.

Deus, cuius Passionem innocens SIMON, non loquendo, sed moriendo confessus est; da ut fidem tuam quam lingua nostra verbis loquitur, etiam vita moribus inculpatis fateatur.

Ora pro infantibus Christianis,

¶

Anno 1475 Judæis Tridenti decretum fuerat, ea hebdomade ac die, qua Christi passionem recolimus, puerorum Christianorum aliquem interficere. Quæsus ergo unus est, & inventus temere in platea discurrens necdum trimulus SIMON, pauperum civium filius, an. 1472, 26 Novembris natus. Huncubi in domo cuiusdam Samuelis exceperunt impii; nudatunt, & forficibus laniare & acubus fodicare non destiterunt, donec per horam & amplius diseruciatus expiravit. Postera die & sabbato suo, spectandum corpus exposuerunt in synagoga, sanguinem sacrilego ritu libantes; deinde abjecerunt in subitus fluentem rivulum, quasi eo ab aquis delatum; & aecrates hærere, indicaverunt quærenti puerum Magistratui. Sed vulnera toti inficti corpori adhuc plane imputri, & sanguis ad Judæorum præsentiam velut è vivo profluens, detexit scelus: quod per tormenta confessi rei, atroci luerunt suppicio. SIMON in loco cædis facillum erigitur; pro quo deinde propter crebra miracula surrexit insignis ecclesia; in qua hodie adoratur.

Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum. Matth. 13.

88
cretum
a Chri-
a Chri-
uæsus
e in pla-
SIMON,
26 No-
o cuius-
idatunt
care non
amplius
& sabba-
erunt in
u liban-
luentem
n; & ad
enti pue-
inflicta
nguis ad
ivo pro-
ormenta
icio. Si-
tur; pro
cula sur-
odiedum
n intrab



S. HUMBERTUS ABBAS.

Cura sepultura moderata.

Deus, cui non pereunt mortua, sed
resurrextra servantur corpora no-
stra. fac nos S. HUMBERTI exemplo &
patrocinio, habitâ moderatâ sepultu-
ræ curâ, potiorem animæ cultui im-
pendere.

Ora pro funerum curatoribus,

¶

Nobilibus in Hannonia parentibus na-
tus HUMBERTVS, Laudunensi Clero
fuit puer adscriptus: illis autem mortuis,
cum causa hereditatis in patriam rediisset,
euntem Romam an. 650 S. Amandum, ho-
spitio excepit & secutus est. Hoc in itinere
ferunt ursum, à quo eorum farcinarius
equus laniatus fuerat, bajuli officium sub-
iisse. Alia vice Romam profectus solus, se
suaque omnia Pontifici obtulit: qui sua
ea impendi condendæ ecclesiæ. Rediit ei-
go ad S. Amandum, ex ejusq; consilio Ma-
ricolense ad Sabim monasterium fundavit,
atque Abbas rexit: non tamen ei sic affixus
quin aliquando excurrerit in Antverpien-
sem agrum, causa fidei prædicandæ. Ejus
hospitio aliquando usa S. Aldegundis, an
eodem mortis suæ præscio rogata, misit
neas suis manibus contextas, in quibus se-
peliretur; quod factum circa an. 680. Co-
pus autem, post annos 135 repertum ele-
vatumque, multis miraculis claruit; rursum
que post annum 1020, quo restaurata Ab-
batia est; atque post 1131, quo Reliquia
translatæ ad oratorium, contiguum fonti-
quem vivens excitaverat.

*Beati mortui, qui in Domino moriuntur
opera enim illorum sequuntur illos. Ap. 14*



S. LUDGERUS EPISCOPUS.

Fervor Spiritus.

Deus, qui Westphalię populis S. LUDGERVM providisti Doctorem, lingua & opere efficacem; da, ut spirituali ardore succensi, tua caritate ferveamus ipsi, & fervere alios faciamus.


Oratio pro tepidis in fide,

Gr.

Saxones, armis tandem domitos, Christiana institutione per domari cupiens Carolus Magnus, novos ordinavit iis Episcopatus, quorum unus an. 802 pro Westphalia fuit apud Mimigardis-fordum constitutus, dato illis primo Praesule S. Luderero, cuius Vitam deinde scripsit Altfridus, secundus ab eo Episcopus loci. Ille genere Frizo, ex Alcuini schola, S. Gregorio Ultrajectino adjutorem se obtulit jam Diaconus; & destructam a barbaris Daventriensem ecclesiam restauravit an. 777. Tum factus Sacerdos, excoluit Frisiā: unde pulsus Romanā adiit; & an. 785 reversus, cogitare cœpit de Werthinensi, in ea quam Cefarīs insulam nunc dicimus, cœnobio extruendo. Primæ ei factæ donationes notantur an. 973: ipse ejus Abbas scribitur an. 797. neque curam loci dimisit, quando fuit Mimigardifordensis Episcopus, 7 quibus advixit annis; conditor etiam monasterii Canonicorum ibidem, unde hodiernum loco nomen. Obiit an. 809 sepultus Werthinæ, & innumeris ibi miraculis claruit. Habetur ab eo scripta S. Gregorii prædicti ipso digna auctore, Vita.

Fervens spiritu, loquebatur & docebat diligenter ea que sunt Iesu. Act. 18.

90
Chri-
rupiens
is Epi-
- Welt-
m con-
Ludge-
tfridus,
genere
Ultra-
Diaco-
entrien-
Fum fa-
nde pul-
us, cogi-
ham C_æ
obio ex-
s notan-
tur an-
ndo fuit
quibus
onasterii
liernum
us Wer-
s claruit
rædicti,
cebat di-



S. RUPERTUS EPISCOPUS.

Preparatio ad bonam mortem.

Deus, qui S. RUPERTVM, Bojorū Apo-
stolum, de instanti exitu præmoni-
tum, in æternam requiem transtulisti;
da, ut ejus adjuvante suffragio, non
deprehendamur imparati ad mortem,
Christianè obeundam.

Ora pro vicinis morti sua,


¶

91 XXVII MARTII.

Bavaris, à Gothorum imperio ad Fran-
corum dominatum transgressis, sub
Chlodovæo I, aut certe hujus filio Theo-
dorico, Christianam fidem annuntiavit
Rupertus, Wormatiæ Episcopus, an. 577
ordinatus. Nempe, expulsum sua Sede, pe-
rævalentes Gentilium factiones, benign-
e exceperebat Theodo Dux, fidem cum Pro-
ceribus nonnullis apud Francos edocuit.
Universam autem regionem Austriae
& Carinthiam circumiens usq; in Panno-
niā, & ubiq; Dei verbum prædicans, bre-
vigentem totam Christianam fecit. Ac pri-
mo Ecclesiam Ratisbonæ, tum Laurea-
ordinavit, Sedem deniq; Salisburgi consti-
tuit, ubi & S. Maximiani cœnobium vir-
aliudq; in ipso loci castrō virginibus exca-
vit, accita cognata S. Erendruda, que ipi-
præcesset. Ita rebus optime constitutis, illi
que simul Domino ministrantibus, indic-
tus S. RUPERTO est vicinus instare obitus.
Hoc ille cognatæ revelavit, & deprecant-
ne diu super viveret, libenter annuit, abiit
ad Christū ipse an. 623 vel 628 in die Pa-
schæ. Corporis prima Translatio facta e
an. 780, secunda 892, utraq; 24 Septem-
bris.

*Et vos estote parati, quia qua hora non pa-
tatis, filius hominis veniet. Luc. 12.*

ad Fran-
lis, sub
io Theo-
nuntiavit
s, an. 577
Sede, pe
benigne
cum Pro
edoctus
striamqu
n Panno
icans, bre
it. Ac pr
Laurea
rgi consti
tuum viru
ous excita
que ipi
tutis, illi
us, indica
re obitus
deprecant
uit; abint
in die Pe
io facta e
Septemb
ora non p
12.



S. SIXTUS PAPA III.

Benignitas erga inimicos.

Deus, qui nos inimicos diligere præcepisti, & exemplo S. SIXTI Pontificis benefacere iis docuisti; da nobis, omni rancore deposito, de iisdem verbo & opere mereri bene; & vitam cum illis obtainere sempiternam.

Ora pro calumnianibus nos,

¶

Laudat Sextum III, Romanum natione,
S. Augustinus, quod adhuc Presbyter,
sed auctoritate præcipuus, in Pelagium,
falso gloriante de ejus patrocinio, primus
coram frequentissimo populo anathema
dixerit. Parem deinde laudem meruit Pon-
tifex, S. Cælestino suffectus, an. 432, dum
contra hæresim Nestorianam scripsit; quam-
vis hujus quoq; auctor non erubuerit men-
tiri, ipsum favere sibi improbando con-
cordiam S. Cyrilli Alexandrini & Joannis
Antiocheni contra ipsum initam. Sed con-
trarium mox docuit illis scribens SIXTVS;
eâq; magnopere se gaudere testatus. Gra-
viorem calumniam, stupri scilicet femina
Deo sacræ illati, Bassus quidā intulit, quam
judicio publico examinari Papa voluit; &
coram Imperatore Valentiniano ejusque
matre absolutus, leviorum accusatori pa-
nam conatus est facere; defuncti vero cor-
pus in teaminibus involvens cum aroma-
tibus, ipsem et suis manibus apud S. Petrum
sepelivit. Deniq; de pluribus Urbis ecclesiis
bene meritus sua munificentia, de Raven-
nate autem optime dando ei Episcopum
S. Petrum Chrysologum, obiit an. 440.

*Cum cediderit inimicuus tuus, negandus
et in ruina ejus ne exultet cor tuu. Prov. 24*

92
natione,
esbyter,
lagium,
, primus
mathema
uit Pon-
32, dum
it; quam-
erit men-
ndo con-
Joannis
Sed con-
SIXTVS,
us. Gra-
femina
lit, quam
oluit; &
ejusque
torei pa-
vero cor-
n aroma
S. Petrum
s ecclesiis
e Ravene
biscopum
440.
egauden-
Prov. 24



S. EUSTASIUS ABBAS.

Correptio susurronum.

Deus, qui S. EUSTASIO, adversus sanctæ Regulæ obtrectatores & monasticiæ pacisturbatores, invictam animi constantiam tribuisti; nobis quoque concede, talibus libere obsistere, nec eorum linguas formidare.

Ora pro emendatione murmuratorū,

Op.

Cum S. Columbanus Abbas, conditum a
se Luxoviense monasterium, an. 600
dimitteret, abiturus in Italiā; vice sua in
stituit **EVSTASIVM**, discipulum suum, in
Burgundia natum. Huic pro sui Magistri
Regula & doctrina acer fuit subeundus
certamen cum pseudo-monacho Agresti
no, hæreseos accusare utramque auso. Di
cussa est questio in Matisconensi Synodo
ubi convictus calumniator, reconciliationis
cum Eustasio simulavit, ut tectius nocere
Occasiones enim nactus Luxoviensibus
insinuandi, multos eorum in sua stran
partes, & in his duos ex præstantioribus
sanctos nempe Romaricum & Amatum
Verum agnoverunt hi cito errorem suum
& reconciliati Eustasio sunt, cum ex i
duos à lupis devoratos, unum suspendi
voluntario enectum, 20 occisos fulguris
terrore mortuos, ipsum Agrestinū à ser
necatum cognovere. Ea discussa tempestan
varia à variis, 12 ab **EVSTASIO** extruci
pere cœnobia; quæ successori perficiens
dimisit **EVSTASIVS**, an. 625 mortuus. Co
pus apud **Wargavillæ** Sanctimoniales in
Lotharingia, energumenos pellit.

*Susurro & bilinguis maledictus: multa
enim turbabit pacem habentes. Eccli. 28.*



S. QUIRINUS MARTYR.

Fervor fidei.

Deus, pro cuius fide fervens miles
QUIRINVS bonum certamen consum-
mavit; da Christianis omnibus, justa
arma tractantibus, sub tui timoris &
amoris imperio jugiter militare, &
caelestia tandem stipendia consequi.


Ora pro militibus Christianis,

XXX MARTII.

94

Anno 117, sub Trajano Imp. & Principe
Aureliano, erat custodia carcerum
comissa Quirino, viro nobili ac Militum
Tribuno; illis autem præter alios teneban-
tur, SS. Alexander Papa, & Hermes Prä-
fatus Urbis, ab illo baptizatus. Huic cum
Quirinus suaderet, abdicato Christo redire
ad Präfecturam; & Hermes illi, ut potius
ipse fieret Christianus, futurum se ait, si ex-
periendo comprobasset, duos illos, clausi
utrimq; januis, ad invicem commeare. Vi-
dit ergo, & probavit. Quare pro filia Balbi-
na, strumis laborante, Alexandrum depre-
cans, jussusque sumptam à collo Pontifici
bojam collo puellæ appendere, eamden
subito sanatam conspexit. Adduxit ergo il-
luc totam familiam, una cum captiis om-
nibus, ad hoc solutis, baptizandam. Tu-
i ratus Aurelianu, Quirinum jussit, lingua
manibus, pedibusque multatum, capite ple-
sti. Corpus, via Appia in cœmeterio Prä-
textati sepultum, atque inde fortassis in
ædem filiæ Balbinæ translatum, Leo II
anno 1050 dedit Gepæ Abbatissæ: qui
ipsum Novesii ad Rhenum collocavit.

*Præliabantur prælium Israel cum latini-
i Mach. 3.*



S. AMEDEUS DUX.


Cura pauperum.

Deus, cuius personam in pauperibus
semper considerans Dux AMEDEVS,
indefessâ eisdem curâ prospiciebat; da
nobis erga egenos misericordiæ visce-
ra, & promissa deinceps misericordi-
bus præmia.

Ora pro pauperibus verecundis,

Ludovico Sabaudiæ Duci, & Anna Ja-
ni Regis Cypri filiæ, primus libero-
rum AMEDEVS, anno 1435 natus, adhuc in
cunis desponsatus est Yolantæ, filiæ Caroli
VII & sororis Ludovici XI Regum Fran-
ciæ, jam tum factus pacis pignus. Hanc vi-
factus quæsivit unice, de summo jure suo
multum sæpe remittens, ut eam redimeret
qui etiam beneficiis cumulabat eos, à qui-
bus injuria affectus fuerat. Epilepticum
suum morbum, Dei donum esse censuit,
quo inter tot fortunæ ac naturæ bona hu-
miliaretur. Pauperum auxilio impense ad-
dictus, eisdem ministrabat ut dominis mi-
lites tamen suos solebat appellare; & fuit
cum visitanti se Galeatio, Mediolanensem
Duci, magnamque post se canum turbam
ducenti ad pompam, obviam ivit pluribus
stipatus pauperibus. Obiit anno 1472
37, Vercellis in Pedemontio, quo se recep-
rat. Ibidem tumulati in ecclesia Cathe-
drali, in numeris miraculis illustratum cor-
pus, Carolus Dux an. 1518 exhumandum
curavit; quod deinde in propriū sacellum
transtulit an. 1609 Stephanus Episcopus

*Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo
divites in fide & heredes regni, quod repro-
misit Deus diligentibus se? Jac. 2.*



S.GUIDO ABBAS.

Quies in Deo.

Animarum à te creatarum centrum &
unica requies, Deus; da ut cor no-
strum, extra te irrequietum, intra te
jugiter conquiescens, ad æternam in
cælis requiem, S. GVIDONE interve-
niente, pertingat.

*Ora pro quarentibus requiem extra
Deum, &c.*

Anna Ja.
us libero-
s, adhuc
iæ Caroli
um Fran-
Hanc vi
o jure su
edimeret
eos, à qui
ilepticum
e censuit
bona hu
pense ad
minis; m
re; & fui
lanensem
m turba
it plurib
1472 m
se recep
sia Cath
atum co
umandum
facellum
Episcopus
oc mund
quod repr

GVIDO, in suburbanis Ravennæ natus, s' spretis nuptiis, Clericalem habitum Romæ juvenis sumpsit. Inde Hierosolyma abiit; regressusq; contulit se ad insulam Pado circumfluam, sub disciplina pii istic eremitæ triennium vixit. Postea Pomposus Monachus, ac deniq; anno 998 Abbas efficitus est. Hic ille patrem fratremque suscipiens, donavit habitu; & mira multa fecit, præsertim in commodum morientium fratrum. Ne autem solitariæ vitæ, quam a initio adamiaverat, careret deliciis, ad eam sese recipiebat identidē, vicarios sibi Abbatess substituens. Ita ad annos 48 monasterii rexit. Legatis autem Henrici Regis Imperatoris progressus obviam an. 1046; obiit Burgi S. Domnini. Hinc Parmam delatum corpus, 7 mensibus incorruptum, superveniens Imperator Veronam transtulit, & Roma regressus secum avexit Spiram: quod die 4 Maii sequentis in Collegiata S. Joannis Euangelistæ depositum, propter crebræ istic miracula, ipsam mutare nomen fecit; ubi usque ad hæc tempora mansit, magnifico inclusum Mausoleo; quo nuper everso, Heidelbergam est translatum.

In omnibus requiem quæsivi, & in heritate Domini morabor. Eccl. 24.

natus;
abitum
solyma
am Pa-
tic ere-
mposse
as effi-
e susci-
ra fecit,
um fra-
uam ab
ad eam
Abba-
nasterii
s Imp-
6; oblit
elatum
iperve-
lit, &
n:quod
. Joan-
crebra
i fecit;
magnifi-
everso,
heredi-



S. HUGO EPISCOPUS.

Cultus parentum.

Deus, qui nos patrem & matrem ho-
norare precepisti, da famulis tuis,
eximum hac pietate Episcopum S.
HUGONEM commemorantibus, ejus
& imitari exempla & consequi pra-
mia.

Ora pro parentibus & filiis,

HUGONEM in Castro-novo agri Valentinensis apud Delphinates natū 1053, Sanctum futurum, prægnans mater præscivit. Factus an. 1081 Gratianopolitanus Episcopus, S. Brunonem & socios, noctu sibi sub specie septem Stellarum præmonstratos, cepit; & aptum anachoresi locum petentibus, Carthusianos montes concessit. Ibidem cum ipsis frequens, Eremitæ & Episcopi viam conjunxit. Illis ut se adderet patri auctor, matri deinde spiritualis vitæ magister, itaque ad sancte moriendum adjutor preto fuit. Denique, cum onere Pastorali olivifrustra petiisset, diuturnis morbis conabuit, & spiritum reddidit Creatori, 1132. Aox Guigo, Carthusiæ Prior, Vitam ejus cripsiit; qua in Concilio Pisano lecta coram Innocentio II, Catalogo Sanctorum adscriptus est Hugo, necdum elapso secundo a morte anno. Inter viventis virtutes præcious numeratur custodia sensuum, ac linuæ; cum jugi compunctione, promptas semper lacrymas identidem exprimente.

*Honora patrem tuum & matrem tuam, ut
s longævus super terram. Exo. 20.*



S. MARIA ÆGYPTIA.

Horror peccati.


Deus, qui B. MARIAM Ægyptiam,
de barathro prostitutionis, ad An-
gelicæ vitæ puritatem in eremo extu-
listi; da nobis carnis inquinamenta
devitare, & præteritorum veniam
consequi.

Ora pro resipientibus à peccato.

o

MARIA ÆGYPTIÆ, ab ætatis an. 12 ad 29
in meretricio cœno volitata, proca-
ter se injecerat in navem juvenum, tenden-
tium Jerosolymas ad festum exaltatæ Crucis
an. 383. Nec saniora cogitabat illuc appel-
lens: sed occulta vi ab ecclesiæ aditu quater
repulsa, prostravit se ante Deiparæ imagi-
nem. Sic permissa ingredi, regressa est pro-
fus alia; seque trans Jordanem abeius in so-
litudine, totos 47 annos ibi vixit, inter con-
tinuas cum carne ac dæmoneluctas, vixus &
vestitus inopiam summam tolerans, nemini
hominum usquam conspecta. Solus eam ibi
tunc reperit Monachus Sozimas, qui illuc
per Quadragesimam anno 420 se receperat.
Hic ab adjurata dicere, quæ esset, totam se-
riem vitæ audivit: & rogatus in Paschatesa-
cra illuc Mysteria adferre, eadem ipsi mini-
stravit. Tantumdem facturus sequenti anno
421, mortuam reperit, & duobus leonibus
adjuvantibus sepelivit, loco tumuli obser-
vato; qui pia deinceps religione cœpit fre-
quentari. Corpus an. 1059 delatum in Euro-
pam est, & Reliquiæ variis locis partitæ.

Quasi à facie colubri fuge peccata,
pristinis deprecare, ut tibi dimittantur.
Ecli. 21.



S. FRANCISCUS DE PAULA.

Vera humilitas.

Deus humilium celsitudo, qui B.
FRANCISCVM Sanctorum gloria sub-
limasti; tribue, ut ejus meritis & imi-
tatione, promissa humilibus præmia
consequamur.

Ora pro Ordine Minimorum.

FRANCISCVS, natus Paulæ in Calabriâ; ibidem ab anno æt. 15 solitariam vitam tenere cœpit. Hujus exemplo eamdem amplexi plures, ipso duce in Ordinem coauerunt Religiosorum, quos pro humilitate Minimos dici voluit, & quarto Quadragesimalis victus voto obstringi. Institutum Pirrus Consentinus Archiepiscopus anno 1471, ac deinde Sixtus IV probarunt: quod Sanctus per Italiam, Galliam, Hispaniam propagatum vidit; vitam, tanta licet in abstinentia, ad 90 annos producens. Obiit autem Turonibus in Francia 1507, vivus ac mortuus tam clarus miraculis, ut Leo X, confessos dies processus approbans, illum an. 1513 Beatis, Sanctis vero adscripserit 1518. Cadaver, post dies undecim elevatum de terra, & honestiori conditum monumento, æque ac prima die integrum repererunt Hugonotti anno 1562, ac igni ipsum tradiderunt. Sed partes sacræ inde subreptæ, longe lateque levotionem fidelium incenderunt.

Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & invonietis requiem animabus vestris.
Math. XI.



S. JOSEPH HYMNOGRAPHUS.

Ufus piarum cantionum.

Deus qui Psalmodiæ ecclesiasticæ cursum novis miræ venustatis hymnis per S. JOSEPHVM exornasti ; da nobis tuas hic laudes hilariter canentibus, inter easdem æternum, cum ipso & Angelis, jubilare.

Ora pro sacri cantus decore,



IOSEPHO patria quidem Sicilia fuit, sed monasticæ vitæ initium quindennis habuit Thessalonicae: ubi deinde factus Presbyter, cum S. Gregorio Decapolita abiit Constantinopolim, à Leone Armeno conturbatam propter imagines. Rogatur ergo à fidelium cœtu Romam ut abeat, afflictionem Ecclesiæ expositurus. Ivit libens: sed navigantem cepere barbari, & abduxerunt in Cretam. Hic à S. Nicolao recreatus pro proxime moritur tyranni an. 820, divinus accepit mirabilem sacrorum hymnorum ondendorum facultatem: quo nomine, & xilii sub Theophilo tolerati gloria celebris, bi Chersone rediit anno 842, factus est sacerorum vasorum Custos; vixitque eo in mure, usque ad annum 883. Tum vero nihil rijs curavit, quam thesauri sibi commissiones confiscere, iisque Patriarchæ oblatus letus-obiit. Vitam à Theophane discipul brevius scriptam, Joannes Magnæ Ecclesiæ Diaconus exornavit.

*Implemini Spiritu sancto, loquentes vobis
et-ipsis in Psalmis, & Hymnis, & Cantici
spiritualibus. Eph. 5.*

, sed
s ha-
Pres-
abiit
con-
rgo à
ctio-
: sed
erunt
s spe
vini-
orum
ne, &
ebris,
est sa-
i mu-
nihil
missi
obla-
cipu-
Eccl-
vebis
nticis



S. ISIDORUS EPISCOPUS.

Horror hæreton.

Deus, qui Gothorum recens conversæ
genti, in Catholica religione firman-
dæ, S. ISIDORVM Episcopum conces-
sisti; da nobis ejus doctrina fultis, ab
omni hæresi procul recedere, & uni-
tatem fidei constanter tenere.

Ora pro extirpatione hæreton,

ISIDORVS, Carthagine natus, SS. Leandri & Florentiæ frater junior, eorumdemque in virtute ac doctrina alumnus fuit. Idem fratri in Hispalensi cathedra an. 596 suffectus Episcopus, cœptam ab eo Gothicæ gentis conversionē, feliciter absolvit; ecclesiæ & monasteria ordinavit, libros multos scripsit, miraculis fulsit, Acephalorum hæresim in Concilio Toletano præsidens profigavit, & reversus Hispalim sanctissimè obiit an. 636. Capta deinde à Mauris est civitas an. 712; sub eorumque potestate mansit sacerdotum corpus, in ecclesia, quæ Mahometicis quoque ritibus cessit, conditum, usque ad 1063: quando Ferdinandi Magni legatione ungenti Alvito Episcopo Legionensi apprehens, locum monstrarit, in quo jacebat sacerdotum corpus; ipsumque auferri jussit, ad novam suo sub nomine dedicandam Legione ecclesiam: quod ibi exinde maximis prodigiis fulsit. Eorum præcipua, scripta habentur ab Isidoriani cœnobii Monacho, quem Lucam Tudensem fuisse volunt aliqui.

Hæreticum hominem devita, sciens quia ubversus est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Tit. 3.



B. JULIANA VIRGO.

Cultus venerabilis Eucharistia.

Deus, qui nobis sub Saeramento mirabilis passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue quæsumus ita nos B. JULIANÆ exemplo Corporis & Sanguinis tui Sacra Mysteria venerari, ut redēptionis tuę fructū in nobis jugiter sentiamus.

Ora pro reverentia Ven. Sacramenti augenda, &c.

REtinnæ prope Leodium nata JULIANA, à prima ætate cœpit tenerime affecti Missæ sacrificio, ac porro sacræ Communioni. Exinde quoties orationi vacaret solebat videre clarissimam lunam, sed quadam sui parte defectuosa; intellexitque significari, quod Ecclesiæ deesset Corporis Christi festivitas. Sed verebatur humilis virgo arcam istud aliis propalare. Cum tamen anno 1230 Domui Montis Cornelii, ad lepralaborantium ministerium institutæ, Priorissimam præsideret; Leodiensi cuidam S. Martini Canonico Joanni sese aperuit; in eaque ecclesia cœptum est novum festum, contradicentibus multis; sed Jacobo Archidiacono valde probante, eo scilicet qui postea Urbanus Papa IV universis fidelibus ipsam communem jussit esse. Interim JULIANA, proprie gratia & curationum dotata, ab invidis futem varie agitata, ad Salesinnense primo, um ad Fossense monasterium se recepit, ubi tiam obiit an. 1258: corpus autem ad sepulturam delatum Villarium, ibidem inter lia Beatorum corpora asservatur,

Quid bonum est, & quid pulchrum; nisi cumentum electorum & vinum germinans virginis? Zach. 9.



S. VINCENTIUS FERRERIUS.

Frequens auditio verbi Dei.

Deus, qui Ecclesiam tuam B. VIN-
CENTII meritis & prædicatione illu-
strare dignatus es; concede propitius,
ut & ipsius instruamur exemplis, & ab
omnibus ejus patrocinio liberemur
adversis.

Ora pro verbi divini Predicatoribus.

Valentia Hispanica luci dedit VINCEN-
TIVM an. 1357: qui æt. an. 18 ingressus
Ordinem Prædicatorum, in eoque æt. anno
28 creatus Magister, Theologiam Valentia
docuit annis 6. Exinde Legatum in Galliam
secutus Card. Petrum de Luna, eumdem sub
nomine Clementis VII Antipapam, quia
flectere non poterat, deseruit; cum esset ab
ipso Christo, coram SS. Dominico & Fran-
cisco, Evangelici Prædicatoris honoratus
officio. Eo inexplicabili cum fructu functus
etiam inter Judæos & Mahometanos adus-
que finem vitæ, per Gallias, Britannias, at-
que Hispanias; rursusque reversus in Gal-
lias, requievit à laboribus suis, Veneti in mi-
nori Britannia, an. 1419 æt. 62. Vitæ mira-
culorumq; historiam prolixe scripsit Petrus
Ranzanus, ex 4 voluminosis Processibus;
quibus motus Calixtus III, an. 1458 Vin-
centium canonizarat. Fuerat biennio ante
de terra levatum corpus; sed, Hispanorum
urbem obtinentium metu, reconditum anno
1496, delituit usq; ad 1637; quando requisi-
tum solenniterque translatum fuit 4 Sep-
tembris, die exinde Venetensibus festivo.

*Qui fecerit & docuerit Magnus vocabit
in regno cælorum. Mat. 5. Non auditor obli-
viosus, sed factor operis, beatus erit. Jac. 1.*



S. HERMANNUS JOSEPH.

Dilectio Mariae.

Deus, qui B. HERMANNVM-JOSEPH
benedictionibus dulcedinis à pueritia
sic prævenisti, ut etiam Mariæ Virginī
desponsari per Angelū mereretur; præ-
sta ut innocentie ejus imitatores, ad te
pertingere immaculati mereamur.

Ora pro Sodalitiis Marianis,

HERMANNVS, in re parentum tenui Co-
loniæ natus, ab ipsa pueritia cœpit
Deiparæ visu frequenti & materna foyeri
cura. Ab hac an. 12 ætatis Steinfeldiam ad
Ordinem Præmonstratensem directus, &
Sacristiæ ministerio jam adultior applica-
tus, singulari enituit vitæ ac morum inno-
centia, quæ familiari cælitum conspectu di-
gnum fecit, Ursulanarum Virginum impri-
mis, Virginumq; Reginæ Deiparæ: cui etiam
ab Angelo sponsus traditus, & JOSEPH dein-
ceps appellari jussus est. Tandem Paschalis
Officii causa ad Ordinis sui Sanctimoniales
missus, vivendi finem apud eas fecit, anno
1436 vel 41. Inde cum defuncti corpus
Steinfeldiam referri Archiepiscopus indul-
sisset; repertum est post 7 hebdomades inte-
grum, atque in tumulo elatiori locatum. Tu-
mulus hic an. 1509 in medium ecclesiæ na-
vim delatus, ibidem hodie dum manet, &
quotidianis ad ipsum sacrificiis colitur. Pars
vero insignis sacri corporis an. 1673. Ant-
verpiam ad Norbertinas delata, magno ibi-
dem in honore est. Vitam Steinfeldensis
coævus scripsit.

Ego mater pulchra dilectionis: in me spu-
mnis vita & virtutis. Ecli. 24.



S. WALDETRUDIS VIDUA.

Abdicatio secularis vanitatis.

Beatissimæ WALDETRUDIS quæsumus, Domine, nos tuere præsidiiis; ut ejus provocati exemplis, cunctis mundi abrenuntiemus illecebris, & cælestia gaudia consequamur.

Ora pro vanitati deditis.

¶

Sanctis Walberto & Bertiliæ, regio stemmate in Hannonia claris, duæ fuerunt filiæ, sanctitate celebri clariores, WALDETRUDIS & Aldegundis. Hæc Deo virginem se consecravit; ista prior genita S. Madelgario Comiti nupsit, eique quatuor liberos genuit, omnes Sanctis adscriptos. Ita cum conjugi fecisset satis, eidem servandæ continentiae auctor suit: & in Altimontensi quod fundaverat monasterio attonsum imitata, primo solitariam vitam instituit, deinde monasticum habitum sumpsit à S. Auberto Camerensi Episcopo. Tum pauculis ad se collectis ejusdem propositi Virginibus, initium dedit nobili illi parthenoni, quod hodieum Montibus Hannoniæ viger, eas inter piissime defuncta circa an. 800. Antiquissimum ejus ut Sanctæ cultum probant Antiphonæ, ab Olberto Gemblacensi Abate circa an. 1020; & separatio Capitis à Corpore, coram Legato Apostolico facta 1250; quibus etiam antiquior est, edita & illustrata à Bollando Vita.

Abdicantes secularia desideria, sobrie, & jucste, & pie vivamus in hoc seculo. Tit. 2.



S. L E O I P A P A.

Zelus pro Ecclesia Dei.

Exaudi quæsumus, Domine, preces
nostras, quas in B. LEONIS comme-
moratione deferimus: & qui tibi di-
gne meruit famulari, ejus interceden-
tibus meritis Ecclesiam tuam de fidei
inimicis fac triumphare.

Ora pro exaltatione S. Ecclesia,

¶

LEO, S. R. E. Diaconus, Volaterrisin
Tuscia natus, mortuo S. Sixto III ele-
ctus an. 440 & Pontifex ordinatus, difficili-
mis temporibus rexit Ecclesiam annos 21,
mensem 1, dies 23. Is inter plures ejus no-
minis Primus & Magnus merito dictus, de-
prehensos Romæ Manichæos exterminavit,
coacta contra eos Synodo ad an. 444; & per
Chalcedonense generale Concilium anni
450 Nestorii, Eutychetis, atque Dioscori he-
reses profligavit. Biennio post irrumperet
in Italiam Attilæ Hunnorum Regi, qui se
Flagellum Dei dicebat, obviam progressus
majestate plus quam humana retro ire pra-
cepit, & obedientem habuit non sine mira-
culo. Simili auctoritate persuasit Geisferico
Wandalo, ut in Urbe an. 455 capta, præda-
bundum militem ab incendiis, stupris, cædi-
bus prohiberet. Obiit an. 461, egregia scrip-
tarum homiliarum & epistolarum monumen-
ta post se relinquens, & cultum: etiam apud
Græcos nactus 28 Februarii. Corpus, sepul-
tum ad S. Petri, Sergius I circa an. 700 ele-
vavit adhuc integrum; quale etiam repertum
est an. 1607.

*Scias quomodo oporteat te in domo Dei con-
versari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna &
firmamentum veritatis. I Tim. 3.*

106
terrisin
III ele-
difficilli-
anos 21,
eius no-
tus, de-
minavit,
4; & per
m anni
scori he-
umpeni
i, quis se
ogressus
ire pra-
be mira-
einserico
, præda-
ris, cædi-
gia scrip-
onumen-
am apud
us, sepul-
700 ele-
repertum
Deicon-
lumnae



S. HERMENIGILDUS REX.

Desiderium martyrii.

Deus, qui B. HERMENIGILDVM cæ-
lesti regno terrenum postponere do-
cuisti; da, quæsumus, nobis ejus
exemplo caduca despicere, atque
æterna sectari.

Ora pro monarchia Hispanica.

Hermenigildus, cum fratre Recaredo Rex creatus a patre Leovigildo, uxorem petierat Ingundem, Sigeberti Franco-
rum Regis filiam. Hæc viro dotem attulit
meliorem quam sacer Arianus intenderat
Catholicam fidem: quam, ipsa suadente, &
S. Leandro Episcopo docente, sic amplexus
est, ut nullis patris impiiblanditiis aut minis,
vel etiam injuriis, potuerit ab ejus profes-
sione publica dimoveri. Videlis ergo vim si-
bi a patre paratam, conscientiæ libertatem
putavit se posse etiam armis tueri. Sed his
inferior, cum anni unius obsidionem Hispa-
ni sustinuisset, seque tandem inde subduxisset
per fugam; ab hac retractus, & regiis spolia-
tus insignibus, in vincula conjectus est. Ve-
rum liber animus vinciri nequivit. Instabat
Paschale festum, 14 Aprilis anni 586 cele-
brandum. Immittitur ad eum Arianus Epi-
scopus, patris gratiam & regnum cum sacri-
legi ritus communione oblaturus. Utraque
is respuit, & maluit caput ferendum securi-
præbere: dignus cuius funus Angelico cantu
& cælestilumine celebraretur, sicut Grego-
rius Magnus tunc vivens scripsit, ex relatio-
ne S. Leandri.

Mihi vivere Christus est, & mori lucrum.
Phil. 1.



B. IDA VIDUA.

Cura educandi pie liberos.

Deus, qui B. IDA castam viduitatem,
& in condendis monasteriis pietatem,
gloriosa trium filiorum claritate de-
corasti; concede viduis omnibus gra-
tiam, qua liberorum pia educatione
lætentur.

Ora pro viduis & pupillis,

¶

Godefredi Barbati Lotharingiae Ducis filia IDA, Eustachio Comiti Bononiensi nupta circa an. 1057, haud vano somnio descendantis in uterum suum solis cognovit, quanta ex se claritas esset processura. Siquidem praeter Eustachium, paterni nominis & ditionis heredem, Godefridum & Baldwinum genuit, Hierosolymorum successive Reges: quos proprio enutritos lacte ad omnem efformavit virtutem. Post an. 1070 viro orbata, minime infecundam coluit viruitatem; facta tot filiorum spiritualium mater, quot tribus in cœnobiis; à se Bononiæ, Wasti, & prope Calesium fundatis, Monachos numeravit. Denique septuageneria obiit anno circiter 1113. Cumque Wali sepultum corpus consanguinei transferre in Lotharingiam molirentur, cautius illud custodituri Monachi, aperta arca reperrunt integrum; ac suavi ejus odore plurimum recreati, indubitatem habuerunt sanctitatem: quam Deus pluribus ad sepulcrum miraculis comprobavit, quorum mox historiam simul & vitæ Monachus coœvus Wasti scripsit.

Vidua, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit. I Tim. 5.



S. LIDVINA VIRGO.

Humilis morborum tolerantia.

Deus qui in B. LIDVINA Virgine, variis morbis afflita, admirabilis tolerantiae exemplum fidelibus tuis tribuisti; da ut per ipsam & cum ipsa humiliter feramus in terris, per quae æterna præmia mereamur in cælis.

Ora pro infirmis lecto affixis.

Haben. Cas. Sculpsit.

SChidami, Hollandiæ oppidulo tenui, in tenuiori parentum fortuna an. 1380 nata LYDWIGIS seu LIDVINA, octennis pie Deiparam colere, duodennis virgo manere ex voto cœpit. Quindennis, ex lapsu supra glaciem affixa lecto, grādum fecit ad summam illam sanctitatem, quam vitæ ejus admirabilis historia declarat, una cum raptibus visionibus ac miraculis ejus Belgice descripta à Joanne Gerlaci, cognato ejus ac teste oculato, Confessarii relationibus adjuto; Latine deinde à Joanne Brugmanno, Apostolici zeli & Prophetici spiritus concionatore, nec non per Vener. Thomam à Kempis. Ex eorum scriptis discimus invictam ejus per annos 38 tolerantiam: quorum ultimos 19 certissimò constat solo Eucharistiæ cibo traductos, usque ad an. 1433, quo obiit, tertia feria Paschali. Tumulum habuit in sacello a. dis principis, nomen inde adepto, usq; ad an. 1615. Tunc piorum Catholicorum studio recepta ossa, Bruxellas furtim translata fuerat Belgii Principes Albertum & Isabellam: quæ ibi nunc ex liberali eorum dono, partim in Basilica S. Gudulæ, partim apud Teresanas honorantur.

*Libenter gloriabor in infirmitatibus meis,
habitet in me virtus Christi. 2 Cor. 12.*



S. STEPHANUS ABBAS.

Moderata in futurum cura.

Deus, qui Cisterciensium Ordinem per
B. STEPHANI preces multiplicari mirabiliter voluisti; concede ut jugite eorum religio coram te floreat; & sanctis ipsorum erudit exemplis, proficiamus ad virtutem.

Ora pro Ordine Cisterciensi

Barthol. Delineavit.

STEPHANVS, natione Anglus, post decur-
sa Parisiis studia, & loca sacra Romæ visi-
tata, factus Monachus Molesmi apud Lingo-
nes, sanctis Roberto & Alberico, ad severio-
rem disciplinam aspirantibus, tertium se ad-
junxit. Cum his in eremum secedens, deinde
Cistertium, condito ibidem monasterio ter-
tius post illos Abbas præfuit, ab anno 1109.
Arctam ibi paupertatem miraculo levar-
non semel ipsi contigit: sed gravius quam
in opia torquebat animum desperatio po-
steritatis, cum pauci illuc se aggregarent,
squalore loci & vitæ rigore absterritis plu-
risque. Donec de venturis brevisuppetis
divinitus præmonito, sub an. 1113, stitit le-
cum sociis egregiis 30 S. Bernardus. Exhinc
Cisterciensium celebrari & propagari dis-
ciplina: quam primus certis legibus devin-
tituit an. 1119 à Calixto Papa II. Sub illis
late propagatus Ordo est: cuius adminis-
tratione cum sese abdicasset senex, vitæ hu-
jus finem invenit an. 1134; incertum quo
die. Nam memoria ejus Cisterci recolitur
æque. 28 Martii ac 17 Aprilis.

*Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione
titiones vestra innotescant apud Deum.*
Phil. 4.

110
ost decur-
omæ visi-
nd Lingo-
d severio-
num se ad-
ns, deinde
sterio ter-
ano 1109,
lo levar-
ius quam
ratio po-
regarent
erritis pa-
i suppen-
, stitit le-
is. Exhinc
agari dif-
is devinn-
ionem ob-
Sub illis
dministr-
vitæ hu-
ertum quo-
i recolitut
ratione
ud Demi



S. URSMARUS EPISCOPUS.

Ædificatorius sermo.

Deus, qui perducendis ad tui agnitio-
nem maritimis Flandris S. URSMARVM
spiritu Apostolico implevisti; tribue
quæsumus, ut quod ille seminavit ver-
bo, operante te, jugibus in corde no-
stro proficiat incrementis.

Oratio viris Apostolicis.


116. 2

III XVIII APRILIS.

Cum S. Landelinus, Laubiensis in Han-
nonia ad Sabim cœnobii fundator, ad
alia porro construenda an. 697 procederet;
quem illi pro se Abbatem præficeret, aptio-
rem nullum invenit URSMARO, jam ante ad
Evangelii prædicationem Episcopo absque
certa Sede ordinato. Apostolicum is zelum
perducendis ad fidem Christi maritimis
Flandris fructuose impenderat, presertim
Aldenburgi, inter Ostendam & Brugas, tunc
necdum nominatas civitates: pluribus etiam
clarebat miriculis, & insigni virtute. Abbas
autem ordinatus, nec unius monasterii ter-
minis patiens contineri, alia etiam plura
condidit ordinavitque, usque ad an. 713 quo
obiit. Prius tamen, electo sibi S. Ermino suc-
cessore, in montis verticem se recepit, rusti-
canam humili er parochiam recturus: ubi
etiam sepultus requievit, usque ad an. 823
quando corpus sanctum elevatum de terra,
innumeris curationum signis illustrari cœ-
pit. Ea habentur à Fulcuino Abate aliisque
descripta, & occasionem dederunt fundando
ibidem Canonicorum Collegio. Sed hi,
an. 1408, unacum sancto corpore Binchium
transierunt, Martino V approbante.

Si quis est in vobis sermo exhortationis, i-
cite. Act.13.

in Han-
tor, ad
cederet;
, aptio-
ante ad
absque
s zelum
aritimis
refertim
gas, tunc
us etiam
e. Abbas
terii ter-
am plura
7 : 3 quo
nino suc-
oit, rusti-
rus: ubi
an. 823
deterra,
strari co-
e aliisque
fundando
Sed hi,
Binchium
te.
tionis, di



S. WERNHERUS PUER M.

Devotio erga Resurrectionem f. C.

Deus, qui B. WERNHERI pueritiam,
Paschalibus sacramentis roboratam,
Judæorum tormentis fortiorem red-
didisti; da nobis Dominicæ resurre-
ctionis festa sic peragere, ut & fructus
consequi mereamur.

Ora pro Iudaorum conversione,

Rusticanis parentibus prope Bachera-
cum in Trevirensi diœcesi natus puer
WERNHERVS, & vitrici sœvitiam fugere co-
actus, annum æt. 14 agebat, cum an. 1287 in
superioris Wezaliæ ad Rhenum oppido,
ubi manuum opere vicitabat, post Commu-
nionem Paschalem in Parasceve sumptam,
fraudulenter abductus est in cuiusdam Ju-
dæi domum. Hic perfidi, flagris dire la-
ceratum toto triduo, ac Jesu Mariæque no-
mina constanter invocantem, laxatistandem
cultro venis omni sanguine exhauserunt.
Corpus vepreto abditum lux cœlestis indi-
cavit, & Bacharacenses in montem extule-
runt humandum: quod in fabricato mox de-
super S. Cuniberti sacello requievit, clarum
miraculis, usque ad 1426; quo loci Pastor re-
quisitum extulit; & de plurimis ibi per bien-
nium relatis gratiis auditи 211. Testes, fece-
runt ut cultus, antiquus probaretur. Hic au-
tem tenuit quoad ibi res Catholica stetit: eā
collapsā, loco potitus Marchio Spinula anno
1621, per R. P. Thomam Saillium transferri
ossa in Belgium fecit, unde ipsa filius Ge-
nuam misit.

*Ad cognoscendum illum, & virtutem resur-
rectionis ejus, & Societatem passionum illius.
Phil. 3.*

112
achera-
us puer
gere co-
1287 in
oppido,
ommu-
nptam,
tam Ju-
dire la-
que no-
tandem
userunt.
stis indi-
extule-
mox de-
, clarum
astorre-
per bien-
es, fece-
. Hic au-
stetit: eā
ula anno
transferrī
ilius Ge-
em resur-
um illius.



S. AGNES ORD. PRÆDICAT.

Sapor cœlestium.

Deus, qui S. AGNETEM, Spiritus san-
cti gratia à teneris præventam, con-
temptis terrenis, cœlestia sapere do-
cuisti; da nobis ea sola concupiscere,
per quæ, intercedente ipsa, in cœlo ve-
raciter satiemur.

Ora pro terrena sapientibus,



Mons-Politianus in Etruria AGNETEM virginem protulit an. 1274: quæ concepto, citius quam ætas ferret, Religionis proposito, Sororibus de Pœnitentiâ adjuncta novennis est; Procenensi deinde monasterio, Abbatissam petenti, non sine miraculis data quindennis. Ex hinc illa in pane & aqua vicitare, humi cubare, & corpus variis modis macerare usq; ad annum et. 30; quando in locum voluntiarum pœnarum, successerunt divinitus immissi morbi, designati per cruces, quibus inter ordinum complui aliquoties visa est. Repopulavit illam patria sua an. 1306, fundando intenta monasterio, cui S. Dominici institutum jussa divinitus legere, secundum ipsum deinceps vixit usq; ad 1317. Tunc quæ vivens miracula multa, plura patravit mortuus utraque cum Vita descriptis Fr. Raymundo Capuanus circa 1350. Paulo post adveniens in Italiam Carolus IV Imp. incorruptum corpus pie visitavit, & vicissim blande aspicientem se vidit. Cumque anno 1435 in locum Sororum Fratres successissent, translatum est in novam arcam corpus Clemens VII urbi festum indulxit.

Ego autem in justitia apparebo conspectu tuo, satiabor cum apparuerit gloriatus. Ps. 13.



S. ANSELMUS ARCHIEP.

Mansuetudo erga subditos.

Deus, qui S. ANSELMVM docuisti, disciplinæ rigorem infirmitati Fratrum, per discretionis virtutem, adtemperare; da prælatis omnibus mansuetudinis spiritum, & subditis observantiae tenacitatem.

Ora pro superioribus & subditis,
¶

GNETEN
quæ con-
eligionis
iā adjun-
de mona-
ine mira-
ain pane
& corpus
inum æt.
rum pœ-
nissimor-
ter oran-
Repopo-
dando in-
ci institu-
um ipsum
næ quæ vi-
it mortua-
Raymunc
o post ad-
mp. incor-
& vicissim
nque anno
s successi-
m corpus
t.
conspectu-
tua. Ps. 10

Augustæ Prætoriæ nobiliori genere na-
tus ANSELMVS anno 1033; mortua
matre infensum sibi patrē fugere coactus,
tertiq; post anno Beccum in Normanniam
venit; ibique S. Landfranco Abbatii disci-
pulum primo, deinde & Monachum se tra-
didit anno 1060. Ibidem 1063 communi
voto electus est Prior, ac deniq; anno 1078
Abbas consecratus est, in locū Landfranci.
Quæ ad utrumq; munus gratiæ ac naturæ
talenta attulerit, quanta discretione do-
cuerit rigorem disciplinæ communi vitæ
& alienæ infirmitati attemporare, quantis
deniq; miraculis fulserit, declarat Eadme-
rus. Cantuariensis Monachus, individuus
Sancti comes & director conscientiæ, ab
an. 1093, quo is fuit in vacuam quadrien-
nio Archiepiscopalem cathedram indu-
ctus à Willielmo II; cum quo mox debuit
pro libertatibus Ecclesiæ dimicare. Hoc
cum Romæ sedulo ageret, obiit, ad quem
appellaverat, Urbanus II; obiit etiam Rex
prædictus: cuius successori Henrico re-
conciliatus Anselmus, cunctis plaudentibus
in Angliā rediit; sed morbo correptus expi-
ravit Cantuarię 1109 dum Passio legeretur.

*Fili, in mansuetudine opera tua perfice,
super hominum gloriam diligēris. Eccl. 3.*

114
e na-
ortua
uctus,
niam
disci-
e tra-
muni
1078
anci.
atura
e do-
i vita
uantis
adme-
ridius
e, ab
drien-
indu-
debut
. Hoc
quem
m Rex
co re-
ntibus
s expi-
eretur.
ice, 9
li. 3.



S. GEORGIUS MARTYR.

Magnanimitas ad ardua.

Exaudi, Domine, preces nostras, qui-
bus te, per S. GEORGII passionem &
merita, supplices deprecamur; ut exer-
citus regius, potentis manus tuæ
auxilium efficax sentiat, & patria ab
hostibus defensa conquiescat.

Orapro Ducibus exercitus regii.

8

83

Insignes victoriæ, à Christianis exerciti-
bus, tam Græcorum quam Latinorum,
relatæ patrocinio S. GEORGII, vibili-
biter quandoq; apparentis agminaq; ducentis;
Reliquiæ item ex Palæstina Constantino-
polim ac Romā & loca alia jam olim alla-
tæ; adeo celebrem ipsum toto orbe Chri-
stiano fecere, ut in omnibus provinciis ac
pene civitatibus, templo, altariave eidem
erecta reperiantur, & grandia ac crebra le-
gantur patrata miracula. Acta vel num-
quam scripta fuerunt, vel in persecutio-
ne Diocletiani, sub qua passus ille fuisse credi-
tur, abolita sunt; postea autem licentius ex
memoriis vacillantibus restituta, merito in-
ter apocrypha referuntur à Gelasio Papa.
Sic victoria ejus, relata de antiquo serpen-
te diabolo, & picturis expressa, occasionem
redit introducendi in ejus Legendam fa-
bulosum draconem, quo cæso meruerit ad
Tribunatum in militia Cæsarea promove-
ri. Nobis satis erit credere, martyrio gene-
rose perfuncti corpus, Nicomedia transla-
tum fuisse Lyddam, alias Diospolim in Pa-
læstina, nunc Rama dictam.

*Deus, qui præcinxit me virtute, & posuit
immaculatam viam meam . . . dedisti mihi
protectionem salutis tue. Psal. 17.*



S. ADALBERTUS EPISC. M.

Desiderium martyrii.

Deus, qui ad Hungarorum Pruthenorumque salutem, B. ADALBERTVM Apostolico zelo & martyrii desiderio inflammasisti; da regionibus, ejus sudore & sanguine aspersis, ad Catholicæ religionis cultum reduci.


Ora pro Prussia vicinisque provinciis,

G

ADALBERTVS, nobili genere Bohemus, a gravioribus disciplinis exultus Magdeburgi, indeq; reversus, an. 983 consecratus fuit Pragensis Episcopus. Verum inflexibili gentis suæ pervicacia offensus, sexto post anno Romam abiit, & permisso Pontificis ibi factus Monachus, mansit usq; ad 993; quando compulsus redire ad suos, S. Stephano Regi, in convertendis Hungaris, utilem navavit operam. Cum autem iterum ad monasterium reversus, iterum redire juberetur; per viam intellectus, crudellem fratrum suorum cædem, à Bohemis patratam, & ad Boleslaum Polonię Ducem deflexit. Is benigne exceptum, Pruthenis adhuc gentilibus destinavit Apostolum. Gedani feliciter res ei cessit, multis conversionis: sed interiora navigio subiens, ferociter exceptus à vulgo, remoq; in tergos impacto prostratus fuit: hinc in navigium ægre receptus à suis, crudeliores etiam in altera ripa barbaros reperit, qui 7 hastis confixo ablatum caput, infixerunt palo. Corpus Dux Boleslaus redemit, & Gnesnam translulit. Vitam & Passionem coævi duo Monachis scripserunt.

Qui perdididerit animam suam, propter me & euangelium, salvam faciet eam. Mar. 8.

hemus,
us Mag-
onseca-
m infe-
s; sexto
su Pon-
usq; ad
suos, S.
ungaris,
tem ite-
erum re-
t, crude-
Bohemis
Ducem
ruthenis
ostolum.
s conver-
ferociter
impacto
m ægre
in altera
s confixo
Corpus
m tran-
duo Mo-
ropter me
Mar. 8.



S. WILFRIDUS ARCHIER.

Pontificiæ auctoritatis defensio.

Anglicanas Ecclesiæ, quæsumus Do-
mine, Pontificiæ restitue obedientiæ,
S. WILFRIDI precibus exoratus; qui
pro tui in terris Vicarii auctoritate
tuenda, calumnias, carceres, & exilia
iterata non dubitavit sustinere.

Ora pro fidei restituzione in Anglia.

6

WILFRIDVS, an. 634 in Anglia natus, Riponensi ecclesiae Presbyter datus, Canonicam Paschatis celebrandi formam coram Rege Oswio contra Scotos defendit; ideoque Alfrido Regi dignus est visus, qui Eboracensis Episcopus ordinaretur. Sed eam ordinationem graves excepere tempestates: nam & S. Ceaddam suo loco intrusum tulit: & hoc tandem cedente, in nimiae potentiae suspicionem adductus apud Regem, Episcopatum suum in tres dioceses dividi cum non ferret, coactus est adire Sedem Romanam. Hujus auctoritate dum locum suum repetit, carceres & exilia sepe mutata pertulit. Interim & Frisiis, ad quos fuerat tempestate ejectus; & Australi Saxonie, & Vecti insulæ fidem prædicavit, & miracula patravit plurima. Per synodum nihilominus an. 701 rursus expulsus, rursus Romā appellavit, & victor rediit; sed paucis annis post morbo correptus, obiit anno 709; atq; in Riponensi ecclesia, quam exerat in cœnobium, sepultus, inde transitus Cantuariam fuit anno 957; & 1071 à S. Landfranco decentius compositus.

Tu es Petrus, & super hanc petram aedicabo Ecclesiam meam, & portæ inferi prævalebunt adversus eam. Matt. 16.



S. ROBERTUS ABBAS.

Abnegatio sui.

Deus, qui S. RORERTI exemplo,
quam-plurimos abnegare seipso, &
vitam sub obedientia ducendam eli-
gere docuisti; da nobis ejusdem meri-
to, totos in te transfundи, ut uni tibi
vivere valeamus.

Ora pro amatoribus solitudinis,

En

ROBERTVS, ex stirpe B. Giraldi Comitis Aureliacensis progenitus, primum ad S Juliani Brivatensis Canonicus & Thesaurarius fuit; dein Presbyter ordinatus eleemosynariam domum instituit, pluribus verbo & exemplo utilis. Huic laboriosæ vitæ solitariam postea præferens, Roman peregrinus adiit; reversusque, nactus est similis propositi Milites duos, quibuscum quæsitū inventumq; feliciter locum adiit, titulo quidem tenus parochiale, sed omni pene humano vitæ solatio destitutum. Ibi Deo servientes, & pauperum accolatum saluti studentes, non deseruit Dei prævidentia; sed victum ultiro adferri liberaliter fecit. Accendentibus ad novorum Eremitarum sanctitatem etiam miraculis, factus est concursus plurium, sub ROBERTI disciplina vivere cupientium: quibus ille monasteriū Casæ-Dei construxit an. 1043, eique, ex voluntate Henrici Regis & Leonis IX, Abbas præfuit usque ad an. 1067; quo sanctissime obiit. Defuncti vitâ scripsit coævus Marbodo, tunç Andegavensis Archidiac. postea Episc. Redonensis; miracula an. 1160 Bertrandus Casæ-Dei monachus.

Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam. Matt. 16.

118
nitis
n ad
The-
atus
ribus
riosæ
mam
est si-
scum
adiit,
om-
tum.
col-
i pro-
erali-
a Ere-
, fa-
ERTI
us ille
043,
Leo-
067;
cripsit
is Ar-
acula
achus.
Semer-



S. MARCUS EUANGELISTA.

Euangelii estimatio.

Deus, qui B. MARCVM Euangelicæ
prædicationis & scriptionis gratia sub-
limasti; respice desolatas Ægypti Ec-
clesias; nobisque tribute ejus semper
& eruditione proficere, & oratione
defendi.

Ora pro fidei restituzione in Ægypto,

Apostolorum Actus inulta habent de Jo-
anne, qui & MARCVS, consobrinus
Barnabæ; qui ejus causa separatus à Paulo
sit, & cum MARCO in Cyprum ad confi-
manda bene cœpta regressus. Hunc eumde
esse, cuius Paulus aliquoties in Epistolis
meminit, quique Petro probante Euange-
lium scripsit, verosimile fiet, si eundem
cum Barnaba Mediolanum venisse velimus
credere, & Aquileiam excurrisse ad fidem
ibi prædicandam; deinde cum eodem re-
gressum in Cyprum in vinea Domini la-
borasse, quo ad Barnabas à Judæis occisus
est an. 53: tum vero MARCVM juxuisse
Paulo; & ab eo missum Petro, post Euange-
lium hujus nutu scriptum, abiisse in Ägy-
ptum. Ut ut est; Alexandrina Ecclesia pri-
mum suum Episcopum Euangelistam cre-
dit; qui, exulta cum Pentapolii Ägypto, se-
dem apud se fixerit; & pro fide Christi,
raptatus ab ethnicis ad rogum extra ur-
bem, expirarit an. 68. Corpus, per 10 se-
cula ibi cultum, Veneti ad se transtulerunt an-
no 1084, hodieque in basilica sua prima-
ria venerantur.

*Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus
& vita sunt. Joan. 7.*



S. TRUDPERTUS EREM. M.

Compositio morum.

Deus, cui placuit crebris miraculis declarare, quam pretiosa in conspectu tuo fuerit mors nefarie illata S. TRUDPERTO; vitam nostram illius meritis custodi ab hostibus omnibus mentis & corporis.

Orapro solitarie viventibus,

8

TRUDPERTVS, Ducali, ut fertur (Longo-
bardorum fortassis) sanguine genitus,
seculo 7 elegit vivere peregrinus pro Chri-
sto: per agratisque Italiæ finibus per Alpes
in Brisgoviam Alsatiæ provinciam venit,
ad Otbertum Comitem Habspurgensem,
an. 640. Ab hoc ille divinitus promissam si-
bi vallem accepit prope Rhenum, in qua
solitariam vitam ageret; & fabros sex, qui si-
bi struerent oratorium. Ita jam tertium ibi
vivebat annum novus Eremita; cum ex
prædictis fabris, quibus odio virtus esse
cœperat, scelestiores duo, noctu obtrunca-
runt dormientem. Ast illi, divinitus pro-
hibiti recedere à loco, meritas dederunt
pœnas; ipse vero Ducis jussu in eodem con-
ditus oratorio, cœpit invocantibus conser-
re beneficia sanitatum: inventumq; corpus
post annos aliquot adhuc integrum, eleva-
tum ab humo est; rursumq; an. 813 decen-
tius collocatum. Ex hinc sub Abbatibus esse
cœpit locus, auctus condito monasterio ab
Habspurgicis Comitibus. Sub his Constan-
tiensis Episcopus novā celebravit Transla-
tionē, & ipsius loci Monachus quidam an.
1279 conscripsit præter vitā miracula plu-
ra, suā etate facta. Finis modestie, timor D^o
mini; divitiae, & gloria, & vita. Prov. 21.

120
ongo-
enitus,
o Chri-
r Alpes
n venit,
ensem,
ssam si-
in qua
& quisi-
rium ibi
cum ex-
tus esse
trunca-
tus pro-
ederunt
em con-
sconfer-
corpus
i, eleva-
; decen-
bus esse
terio ab
Constan-
Transla-
dam an.
cula plu-
imor D.
ov. 21.



S. RICHARIUS ABBAS.

Caritas erga peregrinos.

Deus, qui S. RICHARII hospitalita-
tem, multorum spiritualium filiorum
incremento maximisque miraculis re-
munerari voluisti; da nobis ejusdem
virtutis exempla subsequi, & consequi
præmia sempiterna.

Ora pro receptoribus peregrinorum,

121 XXVI APRILIS.

Christi seculo 7, tempore Dagobetti
Francorum Regis, in Pontivo Pic-
diæ Comitatu florebat RICHARIUS, opibus
ac genere præcipuus. Ad hunc ex Hibernia
venerunt SS. Caidocus & Fricorius, quo-
rum exhortationibus & exemplis ille si-
exarsit, ut Presbyter factus ipsemet præ-
cäre populis aggressus sit, & ad insulam
Britannos zelum suum porrexerit. Inde re-
gressus in extructo à se Centulæ monast-
rio, aliquantis annis ipsum Abbas rex
Regi imprimis carus: donec cujuscumque
pertæsus honoris, ad Cresciacensem silvan-
se recepit, ubi solitarius vixit & obiit. Se-
toto abinde mense relatum Centulam inco-
ruptum corpus, claruit miraculis, ab an-
814 usque ad seculum 12 scriptis. Sed an-
859, propter incursionem Normanni-
rum, fugiendum monachis cum corpo-
fuit; qui, eo apud Atrebates relicto, retul-
caput, annoque 864 argento incluserunt
ipsum vero corpus etiam receperunt 98.
Nunc monasterium S. RICHARII dicitur
habeturque ibi vetus Vita, ab Alcuino, C-
roli Magni instructore, expolita

*Foris non mansit peregrinus, ostium me-
viatori patuit. Job. 31.*

igobettii
yo Pica-
s, opibus
Hibernia
us, quo
is ille si
et præd
insulari
t. Indem
monast
obas rex
uscumque
sem silvan
obiit. Se
am incor
s, ab and
is. Sed a
ormann
m corpor
to, retuler
cluserun
erunt 98
II' dicit
leuino, C
tium me



S. ZITA ANCILLA.

Obsequendi promptitudo.

Deus, qui nullam conditionem despiciens, raræ sanctitatis exempla, per humilem ancillulam ZITAM, voluisti mundo demonstrare; da, ut illius adjuti precibus, in tuo servitio usque in finem perseveremus.

Ora pro servis & ancillis,

6.

ZIRTA, circa annū 1200 in agro Lucensi rusticā parentibus nata, duodennis venit in famulitium nobilium Fantinellorum, in eoq; ad extremam aetatem perseverans, magnam attigit sanctitatem, multis in vita honoratam miraculis, pluribus post mortem, quam obiit an. 1272. Vix abhinc sexennium fluxerat, cum publice coli ut Sancta cœpit, gratiis per eam relatis, & juridice probatis, pluribus quā 150. Eodem tempore scripta etiam Vita est, multarum virtutum exemplis & divinis favoribus eximiis referta. Ibi commendatur obediendi promptitudo, submissio & observantia erga domesticos, liberalitas erga pauperes pene prodiga, hero tamen grata & utilis, mansuetudo animi summa, sed quam præcastitate tuenda posset in ferociam leoniam convertere. Spectatur etiamnum super altari incorruptum ejus, licet exuccum corpus, & monstratur juxta domum Fantinellorum puteus, ex quo promptam pauperibus aquam bis vertit in vinum, ipsa vini abstemia. Ejus cultus etiam in Siciliam, Lusitaniam & Angliam invenitur fluuisse, conditis ecclesiis, propagatus.

Confidens in obedientia tua ... sciens, quoniam & super id quod dico, facies. Philem.

122
ucensi
dennis
inello-
erseye-
multis/
us post
ab hinc
coli ut
, & ju-
Eodem
ltarum
us exi-
ediendi
ntia er-
auperes
& utilis;
am pro
n leoni-
m super
uccum
n Fanti-
paupe-
psa vini-
am, Lu-
se, con-
ens, quo-
nilem.



S. THURIBIUS ARCHIEP.

Patrocinium miserorum.


Deus, qui Peruvii regnum S. THURIBII laboribus Apostolicis excoluisti,
& miraculis crebris illustrasti, respice
propitius barbaras novi illius orbis
gentes, sine pastore errantes, & om-
nes ad tuum ovile pertrahe.

Ora pro Indiis Occidentalibus,

G

THVRIBIVS an. 1538 in regno Legionis Majorę natus, inter obteundum studia Vallisoleti ac Salamanticę, pietatem, in quam mire propensus à puerō fuit, sic excoluit una cum litteris adolescens; ut ex majori, cui fuerat adscriptus, Collegio, primum lectus sit Fidei Inquisitor ac Granatam missus, deinde ad Archiepiscopatum Limensem in Peruvia nominatus à Philippo II, & à Gregorio XIII confirmatus. Appulit in Sedem, quinquennio vacuam, & vastissimam leucarum 400 diocesim, an. 1581; eamq; 25 annis administravit, totam identidem per se visitans, & juxta Tridentini præscripta ordinans. Fundavit interim pia loca complura, & qui pene puer audierat Pater pauperum, multo magis id fuit senex, nihil pene usibus suis reservans. Zannę, procul à metropoli positus, egrotavit & obiit an. 1626, 23 Martii ex tunc clarus miraculis; sed multo magis, ex quo allatum Limam corpus est, & magnifice depositum. Ut autem hodie coletur, statuit Innocentius XI, anno, quo eum Beatis adscriptis, 1679.

*Ab infantia crevit mecum miseratione;
de utero matris meae egressa est mecum.
Job. 31.*



DIDYMUS & THEODORA MM.

Defensio puritatis.

Deus, qui S. DIDYMO animos dedisti,
ad S. THEODORÆ integritatem suo
periculo ab injuria liberandam ; da
nobis utriusque interventu, pro pro-
pria & aliena castitate generose &
constanter decertare.

Ora pro expositis periculo,

¶

XXVIII APRILIS. 124

Cum Alexandriæ in Ægypto svereret sub Diocletiano & Maximiano perse-
cutio, adducta ad Judicem est virgo THEO-
DORA, nisi idolis immolaret, ad lupanar
raptanda. At illa, Si in vitam juss eris vi-
la-
ri, ad coronam mihi deputabitur injuria:
sed & hanc à corpore meo prohibere po-
test is, quem colo, Christus. Nec vana spes
fuit. Ductam pone sequitur iuvenis Chri-
stianus, militari obvolutus chlamyde, velut
primus florem istum decerpere festinaret.
Hic cum eādem raptim vestem commu-
tans, ipsā emissā, in loco remanet. Subin-
gressus mox aliis, pro femina virum in-
nire miratur: trahitur ad tribunal DIDI-
MVS (hoc nomen ei erat) & fidem Christi
libere professus, duplicitis de tyranno victo-
riæ coram retulit, capite plexus. Ita Pro-
consularia Acta. Addunt alii, Virginem ip-
sam postea comprehensam, simili laurea
coronatam, & liberatori suo conseputam.
Certum est, à S. Ambrosio laudari simile
par Anonymorum, ut *nuper* (puta sub Ju-
liano) post similē commutationē vestium,
uter mortē pateretur, pie certantiū: & hi ab
illis non satis apud multos distinguuntur.

*Virgines ... sequuntur Agnum quocumque
ierit: sine macula enim sunt. Apoc. 14.*

124
erveret
perse-
THEO-
upanar
s viola-
njuria:
ere po-
na spes
s Chri-
de, velut
tinaret.
ommu-
Subin-
m inve-
I DIDI-
a Christi
o victo-
Ita Pro-
inem ip-
li laurea-
pultam.
ri simile-
sub Ju-
vestium,
t: & hiab
uuntur.
ocumque
14.



S. H U G O A B B A S.

Vigilantia ad Dei obsequium.

Deus, qui Cluniacense institutum la-
boribus, scriptis, virtutibus, & mira-
culis S. HUGONIS vehementer illu-
strasti, & longe lateque propagasti; da
nobis, per ipsum & cum ipso, ad tuum
semper obsequium vigilare.

Ora pro Ordine Cluniacensi,

125 XXIX APRILIS.

Abbatum Cluniacensium in Burgundia
sexus Hugo, natus Augustoduni est
an. 1024. Hic S. Benedicti institutum am-
plexus, & S. Odiloni suffectus anno 1049,
monasterium totis 60 annis rexit, magister
interea discipulorum plurium, sanctitate &
doctrina illustrium, in quibus Hugo Du-
Burgundiæ, Urbanus II & Gregorius IX
Romani Pontifices. Ab Imperatoribus suis
temporis cultus ut pater, Ecclesiam nihil
minus ab eorum violentia feliciter sa-
tutatus est. Missis in Hispaniam ad Alfon-
sum VI, Fratribus, Cluniacensem Regulam
illuc induxit; neq; virorum tantum mona-
steria numero auxit & disciplina, sed etiam
Virginum; condito inter alia etiam Marci-
niacensi. Animarum arcana ei patentia, &
futura cognita ut præsentia, nec non curan-
dorum morborum gratia, magnum ei no-
men ubique fecere. Denique anno 1109
celebrata Paschali festivitate, ægrotavit &
obiiit. Vitam scripsere coevi duo, Hilde-
bertus Cenomannensis, & Reynaldus Ve-
zeliacensis Abbates.

*Tu vero, vigila, in omnibus labora...
nisterium tuum imple. 2 Timoth. 4.*



S. PETRUS MARTYR.

Pia Symboli recitatio.

Præsta quæsumus, Domine, ut fidei
Symbolum mente & ore frequentan-
tes, B. PETRI devotionem amitemur;
qui quod puer didicerat, etiam mo-
riens pronuntiabat.

Ora pro S. Inquisitionis ministris,

¶

PETRVS, hæreticis parentibus Veronæ natus sub an. 1206, septennis puer in scholis Symbolum fidei didicit, nec deinceps ab ejus professione potuit ullis suorum minis blanditiisve dimoveri. Cum Bononiæ studeret, in Ordinem Prædicatorum admitti petiit & obtinuit, an. 1221. In eo ad eximiam animæ puritatē, nulla unquam graviori labore inquinatam, & vitæ rigorem singularem, singularem quoque adjecit doctrinam. His donis ornatus, innumerum ad se populum alliciebat, ubicumque prædicaret; verbo & opere potens, præsertim contra hæreticos. Itaque à Gregorio IX constitutus fidei Inquisitor, in eoq; munere ab Innocentio IV confirmatus, cum eos variis locis expulisset, sic irritavit, ut in necē ejus conjurati, sicarios conduxerint duos. Hi Mediolano Comum euntem aggressi, dupli in caput vulnere læsum, Symbolumq; Apostolicum recitantem, adacto in latus mucrone peremerunt. Corpus Mediolani sepultum apud suos ad S Eustorgii, cum plurimis clareret miraculis, Martyrem declaravit Papa præfatus, an. 1252.

Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo : hoc est verbum fidei quod prædicamus.
Rom. 10.

I 26
eronz
uer in
c dein-
is suo-
um Bo-
torum
In eo
nquam
gorem
ecit do-
rum ad
rædica-
m con-
X con-
nere ab
eos va-
in necé
it duos.
aggres-
, Sym-
adacto
pus Me-
Eustor-
is, Mar-
. 1252.
in corde
camus,



S. HILDEGARDIS REGINA.

Cultus Sanctorum.

Deus, qui B. HILDEGARDIS pium er-
ga Sanctorum venerationem studium,
crebris ad ejus tumulum miraculis
commendasti; da ut eos habeamus pa-
tronos in morte, quos illius exemplo
veneramur in vita.

Ora pro monasteriis Germaniae,

et

De cognatione Godefridi Alemanno-
rum Ducis nata apud Suevos HILDE-
GARDIS, cum virtute non minus quam
forma excelleret, anno 771 uxor electa est
Francorum Regi, ac postea Imperatori,
Carolo Magno; eique, intra duodecimum
felicis matrimonii annum, quatuor filios,
filias quinque peperit. Eodem tempore
plurium piarum fundationum marito ad-
jutrix, Campidonense monasteriū in Sue-
via erexit; illatisque illuc SS. Gordiani &
Epimachi Martyrum corporibus, per ma-
nus Hadriani Papæ, consecravit. Id quam
gratum Deo fuerit, declarant miracula
eius, an. 783 in Theodonis villa ad Mose-
lam mortuæ Metisque sepultæ, ac deinde
cum corpore filii Ludovici Pii Campido-
nam translatæ an. 785. Ad illa seculo 10.
nova facta est accessio, postquam destrutum
an. 941 ab Hunnis cœnobium, Ernestus
Bavariæ Dux restauravit. Dubitantibus
enim de loco sepulturæ, ipsum ex ore
energumeni coactus est manifestare da-
mon, ejici se ab HILDEGARDE quirans.

*Laudemus viros gloriofos ... homines di-
vites in virtute, pulcritudini studium ha-
bentes, pacificantes in domibus suis. Eccl. 4.*



S. CATHARINA VIRGO.

Desiderium crebrae communionis.

Ernestus
bitantibus
m ex or
estare da
uiritans.
omines di
udium ha
s. Eccli. 44

Excita in nobis, quæsumus Domine,
desiderium mensæ cælestis partici-
pandæ, quo B. CATHARINA Sponsa
tua flagravit; ut quæ illius vitam etiam
aluit temporalem, nostris animabus
conferat sempiternam.

Ora pro languidis ad Eucharistiam,
et

CATHARINA, Senis in Etruriâ nata anno 1347, & ab infantia miris gratiæ donis præventa, post longam cum suis luctam, obtinuit habitum Sororum de Pœnitentia S. Dominici. Sub hoc constanter Sponso Christo servivit, in summo pœnitentia abstinentiæque rigore, usque eo progresso, ut ab an. æt. 20 pane abstineret; aliquando etiam inventa sit, à die Cinerum ad festum Ascensionis Dominicæ, solo Eucharistico cibo vicitasse. Frequentes ejus cum demonibus luctas, morbos fere continuos raptus & revelationes; nec non labore pro animarum salute & Ecclesiæ pace, supra sexum viresque susceptos, tribus libris descripsit Virginis Confessarius, Raymundus de Capua; aliquando etiam oculatus testis sacerorum stigmatum, quæ aliis fere invisiblia, lateri ejus manibusq; ac pedibus Sponsus suus infixerat, Pisis coram Crucifixo oranti. Spiritu prophetiæ & miraculis clara, obiit Romæ 29 Aprilis anno 1380 ubi eam Pius II Sanctorum Virginum Catalogo adscripsit, 1561; & hodie coli Julianus Urbanus VIII 1630.

Panis Dei est, qui de cælo descendit, & datur vitam mundo ... Domine, semper da nobis panem hunc. Joan. 6.

ata anno
riæ donis
, lu st. m,
enitentia
Sponso
entia ab-
gresso, ut
liquando
ad fultum
charistico
cum da-
continuos
n labore
pace, su-
ibus libris
Raymunc
oculatum
e aliis fere
ac pedibus
am Crucis
miraculis
no 1380
ginum Ca
e colijull
dit, & da
er da nob



S.PHILIPPUS APOSTOLUS.

Amor crucis interne.

Deus, qui S. PHILIPPVM A postolum
Scythis dedisti fidei præconem; eique
in cruce pro tui amore lapidato,
martyrii lauream contulisti: da nobis
cum ipso spiritualiter crucifigi, & si-
mulin gloria coronari.

Ora pro Tartarorum conversione.

PHILIPPVS, Bethsaide in Galilæa natus & inter primos vocatus à Christo; eadem, ut Messiæ in Lege promisso, Nathanael adduxit; deinde adscitus inter familiarior quoque fuit. Hic in divisione Provinciarum dicitur Scythiam docendam accepisse, & gentibus circum Mæotidem ritis prædicasse; tandemque venisse in Phrygiā, ubi Hieropolitanam Ecclesiam condiderit, extincta quæ istic pullulare cœperat. Ebionitarum hæresi, & tandem sub Dometiano circa an. 90 in cruce fixus, est lapidatus, ac sepultus, una cum duabus filiabus virginibus Prophetissis; nam tertia apud Ephesum requievit. Inde seculo 7 ablatum corpus Romam ad basilicam Apostolorum: quæ quia etiam S. Jacobi Minoris corpus accepit; ideo & hic & iste uno die conluntur. Græci Natalem PHILIPPI censent Novembris. Ex hujus Reliquiis, per varias Ecclesias sparsis; Florentia brachium accepit an. 1204.

Christo confixus sum cruci, vivo ego, non ego; vivit vero in me Christus. Galat. 2, 20



DUO SS. JACOBI APOSTOLI.

Genuflexio in oratione.

Deus, quinos, per beatos Apostolos
tuos, ad agnitionem tui nominis veni-
re tribuisti; da nobis eorum gloriam
sempiternam, & proficiendo celebra-
re, & celebrando proficere.

Ora pro irreverentibus in ecclesia.

¶

læa natus
hristo; ei
o, Natha
s inter 12
division
docendan
cotidem i
e in Phry
esiam co
re cœper
sub Dom
est lapidi
iliabus v
ipud Eph
olatum su
Apostolo
inoris co
uno die co
censem
per varia
ium accep
uo ego, /
s. Galat. 2

JACOBVM Minorem, ex 12 unum, ALPHAT filium, fratrem Matthæi, professione Publicanum, facit Chrysostomus. Eum Latini primitus 22 Junii, Græci 9 Octobris colebant. Hi etiam addunt, post fidem Eleutheropoli, Gazæ, & Tyri prædicatam, Ostracinae in Ægypto crucifixum expirasse. Sic ille diversus omnino fuerit, non solum à JACOBO ZEBEDÆI, fratre Joannis, passini dicto MAIORE; sed etiam à JACOBO, FRATRE DOMINI, filio Cleophæ & Mariæ: & hic censi deberet cum Paulo & Barnaba supernumerarius, fortassis, ex speciali Christi apparentis mandato, iussus primæ apud Hierosolymas Ecclesiæ Episcopus ordinari. Fuit autem aliis tantæ sanctitatis, ut & orandi assiduitas genibus callū obduxerit, & Justum cum cognominaverint ipsum Judæi; dejectum tamen è pinnaculo templi circa festum Paschæ, fullonis fuste mactarunt, anno 30 post Christi passionem.

Flecto genua mea, ad patrem Domini nostri Iesu Christi. Ephes. 3.

ALPHAI
ione Pu-
m Latini
ris cole-
Eleuthe-
Ostraci-
e. Sicille
à JACO-
sini dicto
FRATRE
hic cen-
supernu-
isti appa-
ud Hiero-
nari. Fuit
& orandi
& Justum
dæi; deje-
ca festum
, anno 30



S.MARCULFUS ABBAS.


Commiseratio erga agros.

Deus, qui morbi regii incommoda,
per invocationem S. MARCVLFI, cu-
rari voluisti; da nobis ab iisdem præ-
servari in corpore, & gratia tua fir-
mari in mente.

Ora pro morbum regium patientibus.

MARCULFVS, apud Bajocasses in hodier-
na Normannia natus, mira erga pau-
peres & peregrinos caritate, nec non mira-
culis fulgere incipiebat, quando S. Possessor
Constantiensis Episcopus Presbyterum eum
ordinavit, ac mox divini verbi præconem
fecit. Eius sanctitatem cum etiam dæmones
in energumenis prædicarent, admiratione
viri captus Rex Sigebertus, circa an. 526,
libenter donavit illi, quem monasterio con-
dendo petebat locum, Nantus dictum. Hic
Abbas factus, regiminis curas interpolabat
deliciis solitudinis, earumque gratia etiam
in Majori Britannia aliquamdiu delituit.
Reversus denique ad suos, vitam finivit cir-
ca 558. Defuncti corpus uno post seculo
de terra levavit S. Audoëus, Normanno-
rum deinde metus suasit illud ferri Com-
biniacum in Picardia: ubi etiam Carolus
Rex an. 906 monasterium fundavit; merce-
dem autem à Sancto creditur retulisse, gra-
tiam morbi regii curandi, in omnes postea
Francorum Reges derivatam: & ipse passim
eacausa invocatur.

*Quis infirmatur, & ego non infirmor!
2 Cor. I I.*



S. ATHANASIUS EPISG.

Constantia inter pericula.


Domine Jesu, qui pro tuæ divinitatis defensione, ad Arianorum confusione, S. ATHANASIVM invicta constanza roborasti; ejus nos meritis à periculis animæ corporisque defende.

Ora pro periclitantibus fidei causa.

infirmorum

ATHANASIVS, Alexandrinæ in Agypto Ecclesiæ Diaconus, jam olim puerilis ludo præscitus fuit Episcopus. Hic Alexander, à Synodo Nicena regresso, successit an. 326. Divinitatem Christi contra Arianos, verbis scriptisque & consiliis, constatissime propugnavit. Mille insidiis calumniisque, ubique gentium impedita est vita eius & fama, toto pene orbe terrarum in eius perniciem conspirante, primum sub Magno Constantino, deinde sub eius filio Constantio, palam Ariano. Per Romanos Pontifices semel iterumque in suam restituta. Sedem, sub Valente quoque & Juliano Imperatoribus vexatus, tandem tamen in pace quievit an. 371. A Græcis etiam 18 Januarii colitur, ob corpus translatum Constantinopolim: unde ipsum an. 1454 Venetulerunt ad se, ac posuerunt in S. Crucis ubi hodieum visitur integrum.

In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur. 2 Cor. 4.



S. ALEXANDER PAPA M.

Veneratio SS. Reliquiarum.


Deus, qui per S. ALEXANDRI Papæ
vincula, Balbinam virginem subita do-
nasti sanitatem; da nobis Sanctorum Re-
liquias pie venerari, & earumdem ex-
periri virtutem.

Ora pro carcere detentis,

60

ALEXANDER, natione Romanus, Ecclesiæ præfuit annos 8, menses 2, diem 1. Hic sub Trajano Imperatore, & Principe Aureliano, in furnum ardentem cum SS. Eventio Presbytero & Theodulo Diacono conjectus anno 117, indeq; egressus illæsus ac punctim confessus, martyrium complevit, sociis capite minutis. Inter multos, quos Christo lucratus fuerat, eminuerunt, S. Hermes, urbis Præfectus, cum sorore Theodora; & S. Quirinus, cum filia Balbina, cui pboiam è Sancti collo sumptam collata sanctas, patrem movit, ut crederet in Jesum, & ut istos, redditæ mortuo filio vita. Bojan illam Alexander II Lucam misit, ubi Episcopus fuerat, anno 1070; cum bona parte corporis, sumpta ex S. Praxedis ecclesia; unde jam ante acceptam partem aliam Eugenius II ad S. Sabinæ collocarat, circa 826 (ibi adhuc reportam an. 1586) aliam Castellinus III, ad S. Laurentii in Lucina, sub anno 1196, una cum Sancti Capite.

Si tetigero tantum vestimentum ejus, salvaco. Matt. 9.



S. MONICA VIDUA.

Cura viduarum & pupillorum.


Deus, qui B. MONICA^Æ pias lacry-
mas, in filii sui Augustini conversione,
misericorditer suscepisti; da nobis pec-
cata nostra deplorare, & gratiæ tuæ in-
dulgentiam invenire.

Ora pro viduis & pupillis.

aus, Eccl.
2, diem 1.
& Principi-
m cum SS.
o Diacono
Jus illæsus
in compli-
ultos, quo
int, S. Her-
e Theodo-
nia, cui pe-
llata san-
Jesum; l-
ta. Bojan
, ubi Ep-
bona pante-
clesia; un-
iam Eug-
circa 826
aliam Ca-
cina, sub
apite.
eius, sal-

MONICA, S. Augustini dupliceiter mater, quia eum & mundo & cælo peperit; marito Patricio Carthagine in Africa mortuo, quem senectute confectum Jesu Christo conciliarat; castam & operibus misericordiæ exercitam viduitatem agebat. In assiduis ad Deum orationibus, pro filio qui in Manichæorum hæresim inciderat, lacrymas effundere solita, illum etiam Mediolanum secuta, ejusdem ibi conversione & baptismo recreata est. Mox in Africam simul redeuntes, cum ad Ostia Tiberina constitissent, incidit ipsa in febrem; & precata circumstantes, ut sui ad altare Domini meminissent, animam Deo reddidit an. 388. Defunctam Augustinus pie luxit, & laudavit in suis libris, præsentim à prudentiâ & longanimitate, quibus & virti sui asperum ingenium, & filii intemperantem adolescentiam toleravit, utriusque correctionem à Deo expectans. Corpus lateritio conditum monumento, in cœmeterio S. Aureæ, anno 1161 ipsius apparitione revelatum fuit.

Religio munda apud Deum hac est, vissare pupilos & viduas, in tribulatione eorum.
Jac. 1.



B. PIUS PAPA QUINTUS.

Zelus contra infideles.

Deus, qui ad conterendos Ecclesiæ tuæ
hostes, & divinum cultum reparan-
dum, B. PIUS fieri Pontificem volui-
sti; fac nos ipsius defendi præsidiis; &
Turcarum ferociâ domitâ, fideles
tuos perpetuâ pace lœtari.

Ora pro pugnantibus contra Turcas,

r mater,
e perit;
ica mor-
su Chri-
s miseri-
at. In af-
io qui in
acryma-
iolatum
& baptis-
simul re-
constitut-
ecata cir-
ni memi-
3 88. De-
udavit in
& longa-
um inge-
hōlescen-
tionem à
onditum
eæ, anno
m fuit.
7, vissare
e eorum.

MICHAEL GISLERIUS, in oppido Bosco status Mediolanensis natus 1504; ex Ordine Prædicatorum, à Paulo IV electus ad Episcopatum, & anno 1557 creatus Presbyter Cardinalis; Pauli successori Pio IV, magno fuit adjumento, in digerendis Concilii Tridentini sanctionibus. Denique S. Carolo Borromæo adnitente factus Pontifex an. 1566, sub nomine PII V, universæ Ecclesiæ præfuit annos 6, menses 3, dies 24; sanctissime mortuus 1572. Omni quidem vita, sed in Pontificatu præsertim, pium se exhibuit, tum erga pauperes, tum erga Deiparam. Inter Acta prolixæ scripta, eminent auxilia militaria, Carolo IX Francorum Regi contra Hugenottas, & Melita obsecræ contra Turcas lata. Immortalis autem memoria debetur navalí de Selimi potentissima classe victoriæ, ad Naupactum, 7 Octobris relatæ, ductu Joannis Austriae. Corpus, quod in patria voluerat humiliter sepeliri, Sixtus V adserri Romam fecit, an. 1588; Clemens autem X 1672, Beatum pronuntiavit.

Ipsi veniunt ad nos in multitudine & superbia; nos veropugnamus pro animabus & legibus nostris; & ipse Dominus conteret eos.
1 Mach. 3.

do Bosco
504; ex
IV extra-
7 creatus
essori Pio
igerendis
Denique
tus Pon-
universa
s 3 , dies
Omni qui
ræserit,
res, tum
e scripta,
IX Fran-
& Melita
rtalis au-
elimi po-
ipactum,
s Austria-
t humili-
am fecit,
, Beatum
e epi su-
bus Gle-
teret eos.



S. JOANNES DAMASCENUS.

Cultus sacrarum Imaginum.

Deus, qui pro sanctarum Iconum reverentia, B. JOANNI abscissam dextram, per Matrem restituisti; da ut tuam ad quam sumus creati imaginem, puram semper in nobis conservemus.


Ora pro aversantibus SS. Icones,



Etiam apud barbaros suum esse virtuti
locum, patuit in JOANNE; cui, licet
Christiano, Saracenus Princeps Damasci,
procurationem urbis commisit. Sed cum
interim, ut erat egregie eruditus, Leoni
Isaurico Iconomacho scriptis libris episto-
lisque sese opponeret; chirographum ejus
adulterans versipellis, finxit ad se scriptas
ab illo litteras, de tradenda Romanis urbe.
Calumnioso invento credulus Saracenus,
JOANNI dexteram abscondi præcepit. Cum
hæc esset oranti noctu per Dei param red-
dita, liber dimissus circa 740, totum se
transtulit ad meliorem servitutem, Deo in
monasterio S. Sabæ serviendam, ex divite
Senatore factus humillimus Monachus. Hic
Presbyter ordinatus, restaurandis sacris qui
fere perierant libris, Hymnisque novis pan-
gendis se dedit. Ubinam corpus requiesce-
ret, ignorasse Joannes Patriarcha Ierosoly-
mitanus videtur, qui sub annum 969 scripsit
Vitam Sancti, in Palæstina aëtam; nihil au-
tem de modo vel loco mortis: quæ videtur,
occasione resuscitatæ à Leone Armeno Ico-
nomachiæ, obtigisse circa Constantinopo-
lim, sub annum. 780, ætatis ejus 104.

*Ego Christi imaginem colo; Deigenitricis, ut
matris filii Dei; S. Martyrum, ut amicorum.*

136
virtuti
i, licet
amasci,
ed cum
Leoni
episto-
im ejus
scriptas
is urbe,
acenus,
z. Cum
am red.
otum se
Deo in
x divite
hus. Hic
aceris qui
vis pan-
quiesce-
erosoly-
9 scripsit
nihil au-
videtur,
eno ico-
tinopo-
104.
itricis in-
nicorum.



S. STANISLAUS EPISC. M.


Peccatorum increpatio.

Deus, pro cuius honoris gloriōsus Pon-
tifex STANISLAVS gladiis impiorum
occubuit, da ut aliena corrigentes de-
licta, de propriis non confundamur er-
ratis.

Ora pro avertendis scandalis.

STANISLAVS, Cracoviæ in Polonia, nobili genere, nec sine miraculo natus; post patrimonium omne in pauperes distributum, ibidem Canonicus, deinde & Episcopus factus est circa 1071. Hoc in munere cum scandalosam Boleslai Regis impudicitiam dissimulare non posset, isque subornasset, qui Episcopo litem moverent de pago quodam, ut non justè possessu; cum enim ex consciis emptionis auderet attestari venditorem Petrum, à triennio sepultum, suscitavit, & Regi stitit. Sed hic nihil inde melior pergebat insanire, sic ut necesse fuerit excommunicationis sententiam in eum dicere. Tum vero palam ille in Sanctum insurgere, donec eum anno 1079, sacro altari adstantem, in suburbana S. Michaelis ædicula, proprio mactavit gladio. Corpus mirabiliter redintegratum Canonici sui anno 1088 detulerunt in Cathedram. Sequenti seculo passionem & miracula Joannes Longinus descripsit; quibus motus Innocentius IV canonizationem celebravit Assisi, an. 1253, quam mox secuta est nova corporis elevatio.

Clama, ne cesses: annuntia populo meo scilicet eorum. Isaiae 58.



S. W Y R O E P I S C O P U S

Humilis confessio.

Deus, qui populo tuo S. WYRONEM
dignum Pœnitentiæ ministrum con-
cessisti; da nobis, per illius merita eo-
dem Sacramentosic uti, ut delictorum
veniam mereamur.


Ora pro Confessariis & pœnitentibus.

6

ia, nobili
s post pa-
distribu-
c Episco-
munere
npudici-
e subor-
nt de pa-
um eine-
attestari;
pultum,
nihil inde-
cessere fue-
in eum
Sanctum
9, sacro
Michaelis
Corpus
ici sui an-
Sequens
Joannes
us Inno-
ravit Af-
est nora
o meo sa

WYRONEM Scotia genuit; adiutumque non minus virtutibus quam annis, optavit Episcopum; atque ordinandum misit Romanum, sub finem seculi 7. Inde reverso, post aliquot curæ Pastoralis annos, rediit peregre vivendi desiderium; cui implendo socios assumens SS. Plechelmum & Otgerum, transiit cum iisdem in Belgium. Ibi à juniore Pippino, montem circa Ruremundam obtinuit, ab eo quod ibi condidit monasterio dictum S. Petri, nunc S. Odilia. Huc ad eum pœnitentiæ & confessionis causa sæpè Dux idem nudis pedibus veniebat. Hic ille ea cum sociis patravit miracula, ob quæ Sanctorum cultum promeruit. Corporum deinde pars bona translata Ultrajectum est; quæ vero ibi mansit, allata fuit Ruremundam anno 1361: ubi in æde nunc Cathedrali ab iconomachorum furore mirabiliter servatæ Reliquiæ, & an. 1594 mirabilius inventæ, fecerunt civibus festum magnum.

*Si confiteamur peccata nostra; fidelis est O
justus Deus, ut remittat nobis. 1 Joan. 1.*



• S. GREGORIUS NAZIAN. EP.

Studium sacrarum litterarum.

Deus, qui Ecclesiæ tuæ S. GREGORIVM
Nazianzenum dedisti rerum divina-
rum magistrum; da ut ejusinstructi do-
ctrinis, etiam virtutum jugiter pro-
ficiamus exemplis.

Ora pro Magistris in Theologia,

6

GREGORIVS, Nazianzi in Cappadocia nobiliter natus, & cum S. Basilio institutus seculari litteratura Athenis; cum eodem ad sacram se convertit, in cœro bioad-discendam. Hic cum doctrina, & sanctitate fulgerent, ad munus prædicandi Euange-lium vocati sunt, ac multos Christo filios pepererunt. Inde Sasimorum Episcopus ordinatus GREGORIVS, Nazianzenam Ecclesiā administravit pro patre. Tum anno 380 à Theodosio Imp. evocatus Constantinopolim, cum hanc ab Ariana hæresi repugasset, & pacificandæ Antiochenæ Ecclesia intenderet; tantam multorum incurrit invidiam, ut elegerit anno 387 Throno cedere, ac domum regredi. Ibi Eulalium Episcopum ordinans, totum se contulit ad rerum divinarum scriptiōnem contemplatiōnemque, in quibus finem vivendi grandævus valde fecit, an. 391. Corpus consułtum Gregorio patrī Constantinopolim allatum esse constat post 944; non item quando ablatum sit hinc, vel Venetias ad S. Zachariæ, vel Romam ad S. Gregorii in Campo-Martio; vel utri civitati pater, utri filius obtigerit.

Omnis scriptura, divinitus inspirata, utilis est ad docendum. 2 Tim. 3.



S. ANTONINUS ARCHIEP.

Fuga otii.

Sancti ANTONINI, Domine, cuius
erudimur exemplis & doctrinis, meri-
tis etiam adjuvemur; ut sicut te in illo
mirabilem prædicam̄s, ita in nos mi-
sericordem fuisse gloriemur.


Ora pro scriptoribus sacris.

ANTONINVS, honestissimis parentibus Florentiæ natus, an. 1389, Religionem Prædicatorum amplexus est, ætatis 6. In hac omnes fere scientias nullo Magistro didicit, tam excellenti erat ingenio: mirabiliter tamen eluxit in eo accuratissima legum observantia, cum integerrimâ virginitate conjuncta, cui conservandæ acres corporis afflictiones adhibebat. Otii fugientissimus, post brevem & incommodum somnum, iugi vacabat orationi, lectioni aut scriptiori, unde extiterunt tam multæ tamque egregia lucubrations, quibus apud omnes celebratur. Post varias in Ordine Præfecturas, coactus ab Eugenio IV est Archiepiscopales suæ patriæ insulas suscipere an. 1446; eaque sic gessit, ut an. 1459, 2 May mortuum, multisque miraculis clarum, Adrianus VI canonizariit 1546. Corpus de loco primæ sepulturæ elevatum, & solennissima pompa translatum fuit, 9 May 1589. Innocentius autem XI 1684, die 10 coli tota Ecclesia Sanctum jussit.

Multam malitiam docuit otiositas. Ecc.

44.

rentibus
gionem
6. In
istro di-
rabiliter
legum
ginitate
corporis
issimus,
num, ju-
riptioni,
egregia
celebra-
iras, co-
isco pales
46 ; eaf-
ortuum,
ianus VI
co prima
a pompa
iocentius
Ecclesia
s. Eccl.



S. DOMITILLA & SOCII MM.

Dilectio mutua.

Semper nos, Domine, Martyrum tuo-
rum NEREI, ACHILLEI ac DOMITIL-
LA foveat pretiosa confessio; & mu-
tua dilectione conjunctos, tuodignos
reddat obsequio.

*Ora pro concordia inter nos servan-
da, &c.*

Hen. Causé sculp.

FLAVIAE DOMITILLÆ, Titi & Domitiani Imperatorum nepti, persuaserunt Eunuchi sui NEREVS & ACHILLEVS fratres, ut repudiatis sponsi sui Aureliani nuptiis, virginitatem consecraret Christo, velo de manibus S. Clementis Papæ accepto, sub an. 93. Ea propter Trajanus Imp. omnes jussit in Pontiam insulā deportari, ubi Fratres, constanter negantes, se à Petro Apostolo baptizatos posse idolis immolare, securi percussi sunt, corporibus Romanum relatis. DOMITILLA vero, post carceris ærumnas redita Terracinam, missas eo ad se pervertemdam collectaneas, Euphrosynam ac Theodoram, ipsa convertit, & sponsos earum Sulpitium & Servilium, hac de causa Romæ capite plexos: Virgines vero, immiso in cubiculum ubi morabantur igne, suffocavit Luxurius, Aureliani frater. Sed corpora eorum flamma non tetigit, eaque Cæsarius Diaconus sepelivit. Postea Fratres cum DOMITILLA propria ipsorum excepit ecclesia, unde ad S. Adriani translatos, sub Gregorio IX, Clemens VIII priori Titulo reddi permisit, anno 1597.

Simplici ex corde invicem diligite attingatis, i Petri i.

Domitiani
ant Eunu-
res, ut re-
iis, virgi-
de mani-
ab an. 95.
s jussit in
tres, con-
colo bap-
securi per-
atis. Do-
nas redu-
erverten-
ac Theo-
os earum
sa Roma
isso in cu-
ffocavit
rpora ea-
Cæsarius
cum Do-
ecclesia;
Gregorio
ddi per-
ite atten-



S. RICTRUDIS VIDUA.

Bonum exemplum.


Deus, qui B. RICTRUDEM fecisti ma-
trem, filiorum latantem; da ut paren-
tes omnes bono liberis exemplo præ-
eant, & hi illos semper ad meliora se-
quantur.

Ora pro parentibus liberisque

van Toybos delineavit

RICTRUDIS, apud Vascones nata, & a S. Amando sub an. 634 piè instituta; ju-
bente Rege Dagoberto, in manus venit S. Adalbaldi Belgæ, nepotis S. Gertrudis, eique
peperit S. Maurontum, Sanctasque tres fi-
lias. Ipso deinde circa 652 occiso, velum sa-
crum sumpsit, Monacham una cum filiabus
in cœnobio Marchianensi professa, facta
deinde Abbatissa est. Sed prius quam hoc
fieret, omnium juniores Adalsendam ami-
sit. Eusebiam quoque, Hamaticensem Anti-
stitem à se constitutam, vivens extulit; Clot-
sendem vero cum fratre, superstitem sibi-
liquit; circa 688, ætatis 74 vita defungens.
Corpus Marchianis sepultum miraculis qui-
dem à morte claruit, magis tamen celebri
cœpit, post locum à feminis ad viros tran-
slatum an. 1024. Anno vero 1140 ex ve-
teri in novam capsam repositæ Reliquiæ,
rursum an. 1164, post restauratæ ecclesie
dedicationem, solennissime sunt translatae
ab iisdem Monachis, hodie dum florentibus.

*In omnibus te ipsum præbe exemplum boni
rum operum. Tit. 2.*



S. SERVATIUS EPISC.

Deprecatio flagelli divini.

Deus, pro cuius flagello avertendo S.
SERVATIUS extrema ætate Romam est
peregrinatus; precibus ejusdem exo-
ratus, debitas peccatis nostris pœnas
clementer remitte.

Ora pro publicis calamitatibus,

9

Ad usum Parvum

Tungrorum apud Belgas vetustissima
 Urbis Episcopus SERVATIUS, inven-
 tur adfuisse Conciliis, Coloniensi anno
 346, Sardicensi 347, & Ariminensi 358. In
 hoc cum Phœbadio Aginnensi diu restitu-
 propositæ ab Arianis fidei formulæ; sub-
 scripsit tamen, ne solus obnitaliis fere 300
 Episcopis videretur. Sed cito pœnituit; do-
 cente S. Hilario, verbis in speciem Catholi-
 cis, sensum hæreticum tegi. Sub extremam
 ætatem ad limina Apostolorum ivit, depre-
 catus cladem, urbi suæ ab Hunnis immi-
 nentem; eamque inevitabilem esse pervi-
 sum monitus, Trajectum ad Mosam con-
 cessit, primus ibi Episcopus anno 384. Ibi-
 dem mox defuncti tumulum nix circum-
 densa numquam obtexit: eoque miraculo
 moniti fideles, ligneam primum ædiculam
 desuper struxere, pro qua Basilicam fecit.
 Monulfus Episcopus seculo 6; quando pre-
 tiosam in arcam transpositum etiam cor-
 pus est.

Recordare, Domine, quod Peterim in conse-
 ßu tuo, ut auerterem indignationem tuam
 ab eis. Jer. 18.



S. BONIFACIUS MARTYR.

Satisfactio pro peccatis.

Deus, qui non vis mortem peccatoris,
sed ut convertatur, & vivat; da nobis,
S. BONIFACII interventu, dignos pœ-
nitentiæ fructus facere, & commissio-
rum veniam promereri.


Ora pro peccateribus conversis.

6

Immaculatis Iesu

Sub finem seculi 3 vivebat Romæ opu-
lenta matrona, Aglae nomine, fœdis qui-
dem sui procuratoris BONIFACII amoribus
implicita, sed eleemosynis valde dedita. Has
respiciens misericors Deus, utrique pœni-
tentia gratiā contulit: qua serio quæren-
tes modum præterita delicta expiandi,
tuerunt inter alia, ut in Ciliciam proficisci-
retur BONIFACIVS, ubi fama erat multos
Martyres fieri, & ab avaro Præside vendi
corpora. Is ut Tarsum appulit, nonnullos
que in foro torqueri comperit; illuc advo-
lans, cohibere se non potuit, quin eorum
preces cum osculo postularet. Sic agnitus
Christianus, tortus etiam ipse est, & fixos
sub ungulis calamos ollamque pice feren-
tem passus, capitalem denique sententiam
subiit. Supervenere comites itineris famuli,
& 500 solidis redemptum corpus Domina
suæ retulerunt, jam de omnibus per Ange-
lum monitæ. Excepit illa ipsum devote: post
aliquantos autem annos, reddita Ecclesia
per Constantinum pace, super ipsum sacram
ædem struxit.

Peccata tua eleemosynis redime, & iniqui-
tates tuas misericordiis pauperum. Dan. 4.



S. PACHOMIUS ABBAS.

Studium obedientiae regularis.

Deus, qui per Angelum tuum S. PACHOMIO tradidisti cœnobiticii instituti Regulam; da ut commendata ab eodem obedientiae virtus, præcipuo studio ab eam professis excolatur.

Ora pro Cœnobitis,

*¶ iniqui-
Dan. 4.*

PACHOMIVS Ägyptius, dæmonum hostis futurus, declaratus adhuc infans est: anno autem 296 in militiam Diocletiani adscriptus fuit adolescens. Hunc cum sociis contigit in Thebaide experiri miram civitatem erga ignotos hospites caritatem; & intelligens Christianis esse propriam, eorum cœpit adamare religionem. Deinde sacramento militari solutus baptizatusque, Pałæmoni cuidam, austeritatis summæ viro, in disciplinam se dedit. Postea, cum fratre suo Joanne, solitarius vixit; ac denique, eo mortuo, jam fere quadragenarius, apud Tabennam, superioris Thebaidis vicum, cœpit ex Angeli monitu, secundum Regulam, ab eo sibi datam, colligere socios, conobiticæ vitæ, eatenus ignotæ, sic adtrigendos, ut ex uno primario monasterio, Pabau dicto, plurium procederet gubernatio. Ita factum est, ut, ipso etiam num yivente, ad 3000 Monachi Tabennosiotæ ab uno regerentur; qui usque ad 50000, ætate S. Hieronymi excreverant. Obiit autem anno 349 æt. 74, prophetiæ spiritu & dono curationum clarus.

*Audi, fili mi, disciplinam patris tui...
ut addatur gratia capiti tuo, & torque
collotuo. Prov. 1.*



S. DYMPNA VIRGO M.

Horror impudicitiae.

Amator pudicitiae Deus, B. DYMPNA mortem, pro virginitate tuenda toleratam recolentibus, mentis & corporis sanitatem conserva, quibus tibi devote & fideliter serviamus.


Ora pro amentibus & furiosis,

Ca

Gela, Brabantiae municipium nobile, Gleucis & Antverpia dissitum, celebritatem suam & ecclesiam collegiatam debet S. DYMPNA, Virgini ac Martyri, potentia ad amentium energumenorumq; curacionem. Ea dicitur Pagani cuiusdam Regisin Hibernia filia, cum S. Gereberno Presbytero, qui ipsam clam instruxerat, adnavigasse Antverpiam, Gelamque se contulisse, ne patri viduo, ut volebat, nubere, cum fidei Christiana inuria, cogeretur. Iste tamen ab illo repertam ajunt, indicio pecunia apud Antverpienses exposita; qui ad sua vota inflexibilem gladio proprio necarit, una cum instructore Presbytero. Gela autem mirabiliter tumulata DYMPNA, ab aliquo Cameracensium Episcoporum elevata, novis miraculis claruit seculo 13 aut 14, quando illa Petrus Canonicus scripsit. Accesserunt & alia etiam hoc seculo, publicis instrumentis probata, non solum amentium & energumenorum, sed etiam epileptorum ac variis sensibus destitutorum. S. Gereberni corpus Sonsbeka Cliviæ possidet, & vicini Zantenses valde venerantur.

Servate ab insensato, ut non habeas molestiam, & non coinquinaberis peccato illius.
Eccli. 22.

146
nobile,
lebrita-
n debet
potenti-
curatio-
Regis in
resbyte-
avigasse
lisse, ne
um fidel-
c tamen
pecunia
ii ad sua
necarit,
Gela
NA, ab
rum ele-
0 13 aut
scripsit.
publicis
mentium
leptico-
n. S. Ge-
ossidet,
tur.
ubeas mo-
to illius.



S. ISIDORUS AGRICOLA.

Devotus manuum labor.


Respice servos tuos, Domine, & B.
ISIDORO intercedente, opera ma-
nuum nostrarum dirige; ut Angelico,
sicut ille, fulti auxilio, cum victu tem-
porali vitam promereamur æternam.

Ora pro agricolis & hortulanis,

6

ISIDORVS, homo agricola prope Madritum, cum uxore Maria genitisque ex ea liberis, terram colendo, vitam, non minus piam, quam obscuram duxit usq; ad annum 1130; quando sancte mortuus, & in cœmeterio S. Andreæ plebeo funerè depositus est. In ore tamen hominum erant quædam viventis miracula, de herili equo filiaq; resuscitatis, & Angelis visis pro eo orante aratum ducere. Annis ab inde 40, ipse, compatri suo bis apparens, elevari suum corpus, & intra ecclesiam collocari præcepit. Luculentius ex hinc patuit ejus sanctitas; cum ad incorruptum, quale hodie dum perseverat, corpus, crebrescerent miracula, quæ Joannes, tunc ibi Diaconus, scripta reliquit. His postea accesserunt alia aliaque; præsertim, postquam anno 1431 cœptum est illud pro impetranda pluvia feliciter circumferri. Quapropter Paulus III probavit consilium anni 1545, de illo in arcam digniorem transferendo; & Philippus II an. 1593 mandavit Canonizationis causā sollicitius urgeri: ideo eum Paulus V Beatis, Gregorius XV Sanctis adscripsit.

Laboret operando manibus quod bonum est; ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Eph. 4.



S. UBALDUS EPISCOPUS.

Mansuetudo.

Deus, qui eximiam B. UBALDI mansuetudinem, singulari contra dæmones potentia glorificas; da ut virtutem tibi tam acceptam imitantes, liberemur ab hostibus mentis & corporis.

Ora pro possessis à dæmone,

¶

TEBALDVS, Eugubii in Umbria valde nobili genere natus, & Cathedralis ecclesiae Clero adscriptus à pueritia, Canonicus & Prior tandem factus est. Cupiens autem Canoniam inter suos restaurare disciplinam, Ravennam ad Portuenses transit: quorum Regulâ per trimestre informatus, reversusq; in patriam, feliciter executus est quod intenderat. Perusinæ civitatis oblatu Episcopatum recusavit; Eugubinæ excutere non potuit, cogente ipsum anno 1129 Honorio II. Eo in munere singulari prorsus excelluit mansuetudine, tantisq; miraculis clariuit, ut an. 1160 defunctus. hac vita, continuo cœperit haberi Sanctus. Id cum auctoritate majori ratu fieri optaret Episcopus Bentivolus, obtinuit à Cœlestino III an. 1192. Corpus, hodie dum incorruptum, à Cathedrali ecclesia subiectum in monte non sine miraculis; tandem una cum ipsa ecclesia cessit Canonicis Regularibus Lateranensibus an. 1513. Secuta translationem plurima prodigia sunt, quæ habentur diligenter collecta à tunc viventibus: Vitam Tebaldus Episcopus successor scripsit.

Servum autem Domini oportet . . . mansuetum esse ad omnes . . . cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati. 2 Tim. 2

lde no-
is eccl-
onicus
utē Ca-
olinam,
quorum
versusq;
quod in-
Episco-
ere non
Honorio
s excel-
ulis cla-
a, conti-
um au-
Episco-
ino III
uptum,
montē
um ipsa
is Late-
tionem
ur dili-
Vitam
sit.
man-
ria cor-
Tim. 2



S. PASCHALIS BAYLON.

Innocentia vita.

Deus, qui B. PASCHALEM, à pastori-
tia vita innocentissime acta, ad Reli-
giosæ perfectionem supremam extu-
listi, vivumque ac mortuum innume-
ris decorasti miraculis; da nobis ejus
interventu, puro tibi corde servire.

*Ora pro Ordine Minorum Observan-
tium, &c.*

PASCHALIS Hispanus, in oppido Turris-
formosæ diœcesis Seguntinæ natus
1540, à vita pastoritia innocentissime acta,
an. 1564 transiit ad severiorem Franciscanæ
Regulæ observantiam; & qui jam ante
divinis fuerat favoribus cumulatus, in ea
ad summum actionis contemplationisque
culmen ascendit, quamvis illitteratus. Ad-
mirabilia prorsus sunt, quæ de heroicis ejus
virtutibus multisq; miraculis scribit, ejus in
spiritu discipulus, cum illum jam Beatis ad-
scripsisset Paulus V, an. 27 à morte, quam
is prope Villam regalem Valentini regni
obierat 1592. Protracta longius canoni-
zatio est, & quamvis an. 1679 ad eam pro-
cedi posse Apostolici judices censuerint
sub Innocentio XI, hujus tamen successori
Alexandro VIII, anno 1690, reservata ea
gloria fuit. Ad id, præter mortuos suscita-
tos & omnis generis morbos curatos,
impulit prodigiosa per tot annos integri-
tas corporis, ejusq; intra arcam, super alta-
ri positā, mirabiliores etiam motus, & vel
ex nuda imagine sensibiles pulsus, quoties
grande aliquod malū imminet, vel aliquid
dignū correptione patratur. *Me autē prop-
ter innocentiā suscepisti (Domine) & confir-
masti me in conspectu tuo in aeternum. Ps. 40*

Turris-
ex natus
me asta,
ancisca-
am ante
is, in ea
ionisque
tus. Ad-
cicis ejus
it, ejus in
Beatis ad-
te, quam
ini regni
s canon-
eam pro-
ensuissent
successori
ervata ea
s suscita-
curatos
s integrati
per alta-
us, & vel
s, quoties
el a liquid
iutē prop-
e gr. confir-
m. Ps. 40



B. FELIX CAPUCINUS.

Misericordia in pauperes.

Deus, qui B. FELICIS diligentiam, in
victu tuis pauperibus emendicando,
multipliciter cohonestasti; da cunctis
alienæ liberalitatis egentibus; cum ea
divitias pariter obtinere eternas.

• *Ora pro Ordinibus Mendicantibus,*

¶

In Capuccinorum Ordinem, an. 1525 mirabiliter cœptum, primus Beati titulum intulit **FELIX** de Cantalicio, agresti stirpe laicus. Hic tirocinio Religionis sub annum 1543 Anticoli probatus, dein Romano Conventui ad S. Mariam Miraculorum transcriptus, cum eoq; sub an. 1575 ad S. Euphemiæ transgressus, quotidianas elemosynas ostiatim conquirendo, tantæ ædificationis Urbi toti fuit, ut adhuc vivens indubitanter haberetur Sanctus. Post mortem, an. 1587 obitam, ea opinio, non solum in populo, sed & in Primitibus ipsoque Pontifice Sixto V crevit, crebris miraculis, factis ad corpus palam expositum, ac deinde sepultum. Vitam una cum illis mox scripserunt coævi duo: alii successive secuta adjunxere: quibus tandem motus Urbanus VIII, Beatorum numero **FELICEM** adscripsit, Missaq; & Officio coli permisit an. 1625. Migrarunt exinde Patres ad S. Bonaventuræ, ubi in novâ ecclesiâ, sub titulo **Immaculatæ Conceptionis**, à Card. Antonio Barberino fratre Pontificis erectâ, honoratur incorruptum usque hodie corpus.

Congregationi pauperum affabilem te facito . . . Declina pauperi sine tristitia aurem tuam. Eccli. 4.

150
5 mi-
ulum
stirpe
num
mano
orum
ad S.
s ele-
e ædi-
ns in-
orté,
um in
Pon-
hs, fa-
leinde
ripse-
a ad-
banus
M ad-
sit an.
S. Bo-
titulo
Anto-
â, ho-
rpus.
efaci-
aurem



S. CÆLESTINUS V PAPA.

Studium humilitatis.

Deus", qui B. PETRVM CÆLESTINVM,
ad summi Pontificatus apicem subli-
masti, eumque humilitati postponere
docuisti ; da nobis cuncta mundi de-
spicere, & ad promissa humilibus præ-
mia pervenire.

Ora pro correctione ambitiosorum,

¶

PETRVS, ab anachoreticæ suæ exercitationis loco, dictus DE MVRRONE; in Pontificatu, CALESTINVS V; sub an. 1222 in Comitatu Molesino est natus, parentela tenui. Hic æt. an. 10 recessit ad solitudinem; interimq; Presbyter ordinatus, & ex Murrone in Magellæ Montem transgressus. Ordinem ibi fundavit Pauperum Eremitarum, sub Regula S. Benedicti, postea dictum Cælestinorum. Redierat autem Murrojem ipse, quando Cardinales, in eligendo Nicolai IV successore, ultra biennum discordes Perusii, an. 1294 die 5 Julii divinitus con venerunt in Fr. PETRVM, procul absente. Consensit ille nuntiatæ sibi electioni, sed ægre, & 29 Augusti prope Aquilam ordinatus coronatusque, ac Neapolim cum Curia tota transgressus, cunctis ingemiscenibus renuntiavit Pontificatui, cuius onerum imparem se credebat, 13 Decembris. Redibat ille ad solitudinem suam, cum successor Bonifacius VIII, intelligens periculum schismatis à factiosis nonnullis imminere, præcepit in castro Fumonis se contineret, ubi & obiit. Propter miracula ad corpus crebra Clemens V Sanctum declaravit.

*Quanto magnus es, humilia te in omnibus;
Coram Deo invenies gratiam. Eccl. 3.*



S. YVO PRESBYTER.

Patrocinium pauperum.

Deus, qui S. YVONEM, pauperum patrocinio & verbi prædicatione eximium, parochiarum Curatis & causarum Advocatis imitandum proposuisti; da eisdem sic ejus vestigia subsequi, ut & mercedem consequantur.

Ora pro Parochis & Advocatis,

&c.

In Trecorensi Britanniæ minoris diœcensi
Jan. 1253 natus Yvo, Parisiis atque Au-
relianis operam Theologię ac juri Cano-
nico dedit; factus deinde Presbyter, Redo-
nensisque Archidiaconi, uti & Trecoren-
sium duorum Episcoporum Officialis, non
solum pauperum causas sollicitius & gratis
expediebat; sed emolumenta officii omnia
in eosdem expendebat, tenuissimo vieti
contentus ipse, plurimumq; jejunus. Secu-
larium tamen causarum pertæsus, an. 1285
suburbanæ unius Parochiæ. Curatum age-
re maluit, totumq; se divini verbi prædica-
tioni & pauperum receptioni dare; miro
cum fructu populorum; maxime cum tertio
post anno, dimisso lautiori quo antea ute-
batur habitu, alium simplicissimum assu-
psit, sub eoq; cilicium. Stupenda sunt quæ
annis 27 post mortem ejus, an. 1303 obi-
tam, deposuerunt testes 249, de mandato
Joannis XXII rite examinati juratiq; circa
viventis virtutes & mortui miracula. Mo-
tus iis Clemens VI, ipsum Avenione so-
lenniter canonizavit anno 1347, & corpus
elevari mandavit: quod factū 29 Octobris.

*Responde pauperi pacifica in mansuetudi-
ne: libera eum qui injuriam patitur de ma-
nus superbi. Eccli. 4.*

152
diœcesi
que Au-
i Cano-
r, Redo-
ecoren-
lis, non
& gratis
i omnia
no victu
as. Secu-
an. 128;
um age-
orædica-
re; miro
im tertio
ntea ute-
i assu-
sunt que
303 obi-
mandato
tiq; circa
la. Mo-
nione so-
z corpus
Octobris,
suetudi-
ur de ma-



S. BERNARDINUS SENEN.

Amor nominis Iesu.

Domine Iesu, qui B. BERNARDINO
eximum sancti Nominis tui amorem
tribuisti; ejus quæsumus interventu,
spiritum nobis tuæ dilectionis infun-
de, ad majorem nominis tui gloriam
procurandam.

Ora pro exaltatione nominis Iesu,

¶

BERNARDINVS, natali Deiparæ die anno 1380 in lucem editus Massæ, & Senis pie eduatus, quam magnus semper fuit Mariæ cultor, tam solicite servavit castitatem. Adultior, post impensam publico in nolocomio peste infectis operam, S. Francisci amplexus institutum anno 1402, miro in virtute & eruditione fecit profectus; non tamen parem eis famam obtinuit primis concionum suarum annis. Erupit illa emicuitq; Mediolani 1418, & totam celeriter pervagata Italiani, eum fecit certatim expeti. Senenses etiam Episcopum postularunt, sed frustra, sicut & aliæ ecclesiæ duas Ordinis tamen sui Vicariatum generalem an. 1438 excusare non valuit: sed & hunc anno abdicavit, nec diu post vixit, defunctus Aquilæ in Aprutio an. 1444. Anno 6 post canonizavit eum Nicolaus V; & mox Maffeus Vegius vitam scripsit. Corporis incorrupti translatio in novam ecclesiam facta est anno 1472; ubi ipsum intra arcam argenteam bis quotannis videre licet, ea qua hic exprimitur forma. Debet ei Ecclesia usum adorandi nomen JESV, radiis circumdataum.

In nomine Iesu omne genuflectatur, celestium, terrestrium & infernorum. Eph. 5.

die anno
& Senis
r fuit Ma-
stitatem.
in nolo-
Francisci
miros in
tus; non
primisi
t illa emi-
i celeriter
rtatim ex-
n postula-
esia duc:
generalen
ed & hunc
xit, defun-

4. Anno 6
7; & mor

Corporis
ecclesiam
ntra arcam
e licet, ea
et ei Eccle-
radiis cir-
atur, cale-
Eph. 5.



S.Guibertus MONACHUS.

Obediendi studium.

Deus, cuius famulus GvIBERTVS pe-
regre maluit sub Prælato vivere, quam
condito à se monasterio Abbas præes-
se; da nobis spiritum promptæ obe-
dientiæ, & huic virtuti promissa præ-
mia deprecante ipso obtinere.

Ora pro subditis & prælatis.

&

GVIBERTVS, nobilis Lotharingus, ex-
eunte seculo 9 natus, primâ ætate in-
noçenter etiam inter arma traductâ, Deo
statuit militare, oblatis ei bonis suis omni-
bus. Fundavit ergo Gemblacense in Bra-
bantia monasterium: cui cum Erluinum
Abbatē idoneum præfecisset; ipse obedien-
tiæ studio maluit Gorziæ monachus fieri &
commorari. Hic sancte actam vitam san-
cto fine clausurus, extremo in articulo pre-
sentes sibi habuit Gemblacenses suos, quo-
rum commoda etiam absens curare non
desierat: ipsiisque suggesterentibus optavit in-
ter eos sepeliri. Verum in hoc excusatum se
petiit haberi Abbas, & anno 962 defuncti
corpus Görziæ sepelivit. Videtur id minus
placuisse Deo ac Sancto, ideoq; per annos
137 nullum à sancto illo corpore emanat-
se miraculum, usque ad 1099; cum scilicet
Translationi Gemblacum faciendæ fave-
rent ii, qui Leodiensem Colonensemque
regebant Ecclesiam. Ab his, quod pridem
optabatur, obtinuit Liothardus Abbas: le-
vatumq; de terra corpus est atq; translatum.
Idem anno 1623 rursum tumulo referato
productum, novis cœpit clarere miraculis.
*Quasi filii obedientiæ, non configurati pri-
ribus ignorantia vestra desideriis. I Petri 1.*

154
us, ex-
tate in-
i, Deo
s omni-
in Bra-
luinum
bedien-
s fieri &
m san-
ulo pre-
os, quo-
re non
avit in-
atum se
defuncti
d minus
er annos
emanal-
scilicet
æ fave-
semque
pridem
bas: le-
flatum.
eferato
raculis.
ati prio-
Petri i.



S. SYMEON IN MONTE.

Familiaritas cum Deo.

Deus, cuius familiaritas nullum gi-
gnit fastidium, sed majorem semper
affert dulcedinem; da nobis eam S. SY-
MEONIS exemplo affectare, & precum
ipsius suffragiis consequi.

Ora pro divina parum curantibus,

&

Antiochiam Syriae & mare inter scopullos mons jacet, mirabilis dictus a miraculis, quae ibi infinita patravit SYMEON, aequo ac aliis, annis 60 prius mortuus quam hic secundus STYLITA nasceretur. In saxo suo ad modum columnae alto 45 pedes exercebat se Junior; discipuli vero in circum excavato per rupem monasterio suis & ipsi vacabant exercitus. Mirabilis ab ipsa pueritiae vita, habetur Graece scripta a Nicephoro Magistro eloquentiae: ex qua discimus sexennem cœpisse sub institutore Joanne habitare in humilioribasi, ac duodenem ascendisse in columnam pedum 40, proprius urbem. Sed frequentia illuc occurrentium offensus, in avium istum montem vicennis recessit: ubi nihilominus & discipulos recipere & monasterium condere coactus fuit. Magna ejus cum Deo familiaritas crebris revelationibus & ecstasibus honorata, conjunctum sibi habuit prophetiae spiritum: quo & instantem sibi mortem praenuntiavit discipulis, quicorpus in sua ibi ecclesia satis ampla sepelierunt an. 596.

Ostendit illi Deus gloriam suam Audivit enim eum & vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Eccli. 45.

scopu-
is à mi-
MEON,
mortuus
eretur.
æ' alto
discipu-
rupem
ercitus,
habetur
ero elo-
cœpis-
in hu-
e in co-
n. Sed
nsus, in
ssit: ubi
& mo-
na ejus
ationi-
uetjam
o & in-
discipu-
ampla
.
Au-
nduxit



S. MARIA MAGD. DE PAZZIS.

Resignatio in desolatione.

Deus, virginitatis amator, qui B. MARIAM MAGD. tuo amore succensam, desolationibus æque ac consolationibus probasti; da, ut quam veneramur obsequio, puritate & patientia ac caritate imitemur.


Ora pro Carmelitissarum cœnobiis,

¶

Catharina in seculo, in religione MARIA MAGDALENA, nobili Pazziorum stirpe Flotentiae nata an. 1566, fere ab incububilis iter perfectionis instituit. Decennis perpetuam virginitatem vovit, & an. 1585 habitum sumpsit Carmelitanum in monasterio B. Mariæ Angelorū. Quinquennium solo pane & aqua vicitavit iussu Dei, cuius magnis fruebatur favoribus, inter frequentes ecstases ac revelationes. Gravissimis nihilo minus temptationibus exercita, id patientiae humilitatisque probationem, ultra etiam renuntiavit omnibus, quas pia animæ degustare solent Sponsi cœlestis deliciis, extremâ ætate prorsus arida. Vitam, quam illa clausit an. 1607, longis exhausta morbis, scripserunt Confessarii ejus duo, alter ex Canonicorum Collegio, alter ex Societate Jesu. Corpus incorruptum hodieque permanet, aliquoties solenniter translatum, & nunc in sumptuosissimo sacello locatum. De viventis mortuæque miraculis & virtutibus singularibus facta relatio effecit, ut eam Urbanus VIII anno 1626, Beatam pronuntiaret: Clemens IX Sanctam, anno 1669.

*Libenter gloriabor in infirmitatibus meis,
ut inhabitet in me virtus Christi. 2 Cor. 12*

156
ARIA
i stir.
incu-
tensis
1585
nona-
nium
i, cu-
er fre-
avissi-
ita, id
m, ul-
as pia-
tis de-
vitam,
hausta
s duo,
ter ex-
m ho-
nniter
mo sa-
uæque
s facta
anno
ens IX
s meis,
Cor.12



S. AUGUSTINUS EPISC.

Zelus religionis augenda.

Deus, qui Anglorum genti B. AUGUSTINVM fidei magistrum providisti, da ut Apostolicis ejus laboribus planta-
ta per Britanniam Ecclesia, illius me-
ritis ac precibus citius resforescat.

Ora pro reconciliatione Anglorum,

¶

Præstantem Anglorum indolem, ex captivis Romę pueris, æstimare doctus S. Gregorius Papa; ad eorum à paganismo reductionem, an. 596 misit cum sociis 40 **AVGVSTINVM**, Benedictinæ professionis Monachum. Is fidenter ingressus insulam, & à Rege Æthelberto benigne receptus auditusque, adnitente Regina illum Doroberniæ, post Cantuaria dictæ, baptizavit cum Optimatibus suis, ac 10 millibus ex populo. Deinde ab Arelatensi Ætherio consecratus Episcopus, novellam Ecclesiam rite constituit, per suos adiutores Monachos, quibus in conspectu civitatis monasterium Rex struxerat, ubi ipsi & successores, tum Reges, tum Archiepiscopi Cantuarienses, sepelirentur. Prius tamen quam moreretur **AVGVSTINVS**, pro Britonibus, jam olim Catholicis, sed in Paschate agendo schismaticis, ad unionem adducendis, multum sed frustra laboravit; excidiumq; illis propinquū prædixit. Multa viventis fuere miracula, plura defuncti an. 608. Cum autem ecclesia Monachorum an. 1091 restauraretur, translatum est corpus 6 Septembris.

Per Christum accepimus gratiam & apostolatum, ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine ejus. Rom. 1.



S. PHILIPPUS NERIUS.

Constantia in bene cœptis.

Deus, qui ad procurandam animarum
salutem, B. PHILIPPO tribuisti insi-
gnem in bene cœptis constantiam; da
nobis firmam in tuo famulatu volun-
tatem, & institutæ ab illo Congrega-
tioni perennitatem.

Ora pro Congregationibus Oratorii,
¶

PHILIPPVS Florentiæ exorsus vivere an.
1521, à puerò magna dedit futuræ
sanctitatis indicia. Adolescens natus annos
16, dimissa quam mercator patruus offere-
bat hereditate, Romam venit studiorum
prosequendorum causa; nec inde postea
egressus est unquam. Cum litteris pietatem
studiumque orationis jungens, multos sibi
acquisivit in spiritu filios • quorum gratia
persuasus Presbyterii ordinem suscipere,
etiam Oratorii Congregationem instituit,
quæ floret etiamnūm, singulis pene horis
aliquid pii exercitii populo proponere so-
lita, præter proprias ipsi functiones. Ille
vero, cum summa erga proximos caritate
arderet, erga Deum flagrabat tanta, ut æstus
nimii cor impatiens, sublatis duabus co-
stulis, spatiū sibi laxarit. Cetera quæ supra
naturam fecit ac passus est, vitæ scriptores
exposuere, uti & eximias virtutes alias, qua-
rum una fuit intemerata virginitas, merita
incorruptionem corporis, ab an. 1595 ex-
animis; quod anno 4 post refossum inte-
grum, pergit celebrari miraculis: quibus rite
examinatis Paulus V an. 1615, Beatū; Gre-
gorius vero XV, 1622, Sanctum declara-
runt. *Nemo mittens manum suam ad aratrum
& respiciens retro, aptus est regno Dei. Lu. 6*



S. FERDINANDUS REX.

Zelus contra hostes fidei.

Deus, qui B. FERDINANDO Regi
præliari prælia tua; & fidei inimicos
superare dedisti; concede nobis ac
Principibus nostris, ut ejus interces-
sione muniti & liberati ab hostibus,
Ecclesiæ exaltatione lætemur.

Ora pro Rege & regnis Hispania;

¶

FERDINANDVS, Alfonsi Legionensis f.
lius, & Alfonsi Castellani ex Berengaria
primogenita nepos, utriusque regni here-
ditatem sapienti matris suæ ductu est asse-
cutus; hujus, an. 1217; istius, 1230. Natus
erat an. 1198; matrisque ad Deiparam vo-
to servatus puer, illi devotissimus vixit; ad
nullam expeditionem bellicam procedere
solitus, absque hujus imagine, cui annuas
suas de Mauris victorias, exiguo cum exer-
citu contra longe potentiores hostem, pie
referebat acceptas. Aque justi tenax ac
Sacrorum reverens, aversabatur consilia
suadentium, pro gerendis contra infideles
bellis, vel populo imponere vestigalia no-
va, vel ecclesias gravare: & tamen, præter
regnum Granatæ, quod sibi vestigiale fecit,
totam obtinuit Bæticam, longa & difficile
obsidione coactis Mauris Hispalim tradere
an. 1248. Hic cum Ecclesias instaurari, Ar-
chiepiscopatum & amplum Canonicorum
collegium fundari, ceteraque (sicut in talibus
victoriis mos ei erat) ordinari fecisset; in
ipsammet Africam transitum parans, obiit
devotissime an. 1251.

*Repulsi sunt inimici ejus præ timore ejus, &
omnes operarii iniquitatis conturbati sunt,
& directa est salus in manu ejus, i Mach. 3.*



S. PETRONILLA VIRGO.

Resignatio in morbis,

B. PETRONILLE AM venerantes, Domine, pio favore prosequere; ut, sicut illa morbo profecit in gratiâ, nos quoque, dum caro infirmatur exterius, interiori corroboremur virtute.

Ora pro clinicis & infirmis,

&

PETRONILLA, nobilis Virgo Romana, ilius verosimiliter Petronii consanguinea fuit, qui primas apud Neronem in amicitia tenuit, tam impurus vitâ, quam pudica illa. Hæc S. Petri, non secundum carnem, sed spiritum filia, ex ejus voluntate decumbebat clinica. Tum discipulorum aliquis interrogavit Apostolum, cur infirmos omnes curans, illam jacere permitteret. Petrus vero (ut altioris id esse consilii doceret, non a potentie) surgere eam jussit ac ministrare erumque decumbere. Postea autem in Dei timore firmior, non solum convaluit PETRONILLA, sed & gratia curationum claruit. Ita litteræ ad SS. Nereum & Achilleum exiles Roma datæ circa anno 96 vel serius: in orbus autem ejus præcessit annū 65. Narrant etiam litteræ illæ, ut rem memoriarum centissimæ, quomodo Flaccus Comes, nimia PETRONILLÆ speciositate captus, miserit qui sponsam sibi adducerent, pene pro imperio. Illa caute dissimulans, tridui poscit inducias ad apparatum nuptiarum: sed precibus jejuniisque id impendens, sumptus sub finem Sacramentis, expiravit.

Placeo mihi in infirmitatibus meis in angustiis pro Christo: cum enim infirmor, tunc potens sum. 2 Cor. 12.



S. SYMEON SOLITARIUS.

Locorum sacrorum visitatio.

Deus, qui B. SYMEONEM, varie pro tuo
amore peregrinatum, Treviris demum
requiescere voluisti; da nobis loca sa-
cra visitare cum fructu, & post hujus
vitæ peregrinationem requie potiræ
sempiterna.

*Ora pro peregrinis ad Terram-san-
gam,* 69

SYMEON Syracusis in Sicilia natus, & bonis litteris eruditus Constantinopoli, inde Hierosolymam se contulit; ubi deducendis ad loca sancta peregrinis, gratuitam per septennium locavit operam. In monte Sinai factus Monachus, varia subinde loca solitarius incoluit. Per multa deinde pericula venit in Gallias, subsidia Terræ Sanctæ petiturus anno 1022. Tum Trevit, Archiepiscop. Popponem deduxit Hierosolymam, atque reduxit; aliam nullam mercenarem volens, quam ut vitæ reliquum posset reclusus agere in turri Portæ nigræ; sicut fecit ab anno 1028 ad 1035 quo obiit; multis in vita, pluribus post mortem glorificatus miraculis: uti rogatu Popponis scriptit utriusque familiaris Eberwinus S. Martini Abbas. Scriptionem illam secuta est Canonicatio, à Benedicto IX impetrata, & Treviris celebrata 17 Novembris 1042. Corpus eo ubi vixerat loco conditum, anno 1400 requisitum, inventumque integrum, hodieum colitur, tumulo bene ornato; cui ipsique ecclesiæ inserviunt Canonici, à Poppone ad Sancti honorem instituti.

Pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel. Tob. 1.



SS. MARCELLINUS & PETRUS.

Contemptus vita temporalis.

Deus, qui Sanctos tuos MARCELLINVM & PETRVM, pro amore vitæ æternæ, fecisti contemnere temporalem; da nobis eorum exemplo meliora desiderare, & obtinere desiderata.

Ora pro nimium mortem timentibus.



Diocletiano & Maximiano Christi Ecclesiam persequentibus, post annum 300, carcere Romano vincetus tenebatur PETRVS Exorcista. Hic, cum sui custodis Arthemii filiam Paulinam à dæmonio liberasset, ipsum cum uxore Candida, familiaque & vicinia capitum 300, Christo acquisivit, & baptizandos stitit MARCELLINO Presbytero. Ea re cognita comprehensus est Arthemius, cum filia & uxore, à Sereno Præfecti urbis Vicario: qui post tormenta varia, MARCELLINO & PETRO frustra adhibita, capitalem in eos pronuntiavit sententiam; quam eodem in quo S. Tiburtius cæsus & sepultus fuerat loco sustinuerunt, postquam ibidem Arthemius gladio plexus, Paulina & Candida lapidibus obrutæ, coronam accepissent, via Lavicana milliario tertio. Ibidem postea supereorum corpora ecclesiā feçit Constantinus, quam Papa Damasus ornavit versibus: ipsa vero inde anno 826 ablata, & ad Eginhardtum, Seligenstadiensi in Franconia monasterio ornando intentum, deveyta sunt.

Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vita. Apoc. 2.



S. BONIFACIUS ARCH. M.

Periculorum pro Deo contemptus.

Deus, qui fidei lumen per S. BONIFACIUM, Turingis, Hassis, ac Frisiis detulisti; da nobis, ejus passione animatis, nulla pro tuo honore pericula formidare.

Ora pro Frisia & Hollandia,
&

BONIFACIUS, apud Occidentales Saxonnes in Britannia natus circa an. 680; & ibidem Monachus, ac deinde Sacerdos factus; trajecit in Frisiam, Dei verbum prædicaturus. Sed cum omnia invenisset bello ardere, adiit Apostolicam Sedem; acceptaque Gregorii II benedictione, ad S. Willebrordum juvandum se contulit, deinde ad Turingos & Hassos se convertit; quibus ad fidem perductis, ordinatus Episcopus anno 723; post multam ibi collectam messem, iussus est Ultrajectini Archiepiscopatus, pro defuncto sub annum 744 Willebrordo, curam gerere: deinde & Moguntinus Archiepiscopus esse. Quibus tamen omnibus nihil remoratus est, quin anno 755 re-peteret Frisiam: in qua, cum Neophytis confirmandis diem locumque dixisset, ab ipissimeti in hostes versis est trucidatus, apud Dockonium, & simul 53 socii. Acta Willibaldus Presbyter ex certo discipulorum relatu scripsit. Corpus Fuldam delatum miraculis multis claruit. Ibidem adhuc servabatur anno 1259; & hodie dum superest ibi caput, argento clausum anno 1420.

Nihil vereor, dummodo consummem ministerium verbi quod accepi a Domino. Act. 20,



B. MEINWERCUS EPISC.

Largitas erga ecclesias.

Deus, qui Paderbornensem Ecclesiam,
opera & meritis B. MEINWERCI, ma-
gnifice decorasti; tua apud nos templa,
& stantias serva, & collapsura restaura.

Ora pro restituendis Saxonie Ecclesias.

¶

Saxo-
680;
cerdos
n præ-
t bello
accepta-
S. Wil-
inde ad
ibus ad
s anno
iessem,
patus,
lebror-
intinus
omni-
755 re-
ophyris
set, ab
us, apud
a Wil-
ulorum
elatum
nuc ser-
uperest
+20.
m mini-
Act. 20.

MEINWERCVS, dicēsis Ultrajectinæ
alumnus, ex Halberstadensi Clero as-
sumptus ab Ottone III Capellanus, à S.
Henrico ad Paderbornensem Episcopatum
promotus fuit 1009. Hujus & S. Cune-
gundis auxilio, novam mox Cathedram
exorsus, plurimos ei fundos, tum ab illis
aliisque acquisivit, tum ipse ex suo patri-
monio contulit. Cum eisdem, à Coro-
natione Roma revertentibus, Cluniaco trans-
iens, 13 Fratres inde assumpsit, quibus
Abdinghoffense monasterium fundavit an-
no 1015. Simili deinde Conradi Impera-
toris usus gratia, nihilo pauciora ab eo
quam ab illis acquisivit beneficia & privi-
legia tam Ecclesiæ quam novo monasterio,
cujus dedicationem anno 1033 solenniter
celebravit. Tum Collegiatam S. Mariæ in
suburbio fundavit, tertiamque in honorem
sanctæ Crucis meditabatur, cum morbo
correptus obiit in vigilia Pentecostes 1036,
& in crypta Abdinghoffensi sepultus quie-
vit, usque ad 1376. Tunc elevari corpus
placuit, & in medio chorotumulum exca-
tari, in quo hactenus honoratur ut Beatus.

*Sponte obtulerunt in domum Dei ad ex-
struendam eam secundum vires suas.*
¶ Esd. 2.

164
tinæ
co af-
, à S.
atum
Cune-
ralem
o illis
patri-
rona-
trans-
quibus
vit an-
pera-
ab eo
privi-
sterio,
nniter
rixia
norem
norbo
1036,
s quie-
corpus
n exci-
eatus.
ad ex-
s suas.



S. CLAUDIUS EPISCOPUS.

Desiderium humiliandi se.


Deus, qui S. CLAVDIVM, abdicato Epi-
scopatu mirabilem in vita, post mor-
tem miraculis fecisti clariorem; da fa-
mulis tuis novissimum humiliter lo-
cum eligere, & primum declinare.

Ora pro nimis se extollentibus,

¶

CLAVDIVS, circa Salinas in Burgundia natus, ætatis anno 20 fuit Vesontiensi Clero adscriptus. Hoc in gradu sic se probavit, ut, cum Episcopo mortuo electorum discordarent suffragia, vox de cælo allapsa jussit CLAVDIVM, qui id metuens fugam arripuerat, Episcopum fieri. Retratus ergo ordinatusque, Epaonensi Concilio anni 517 interfuit, præfuitque Ecclesiæ annis 7. Postea honori renuntians, in Condatiscense S. Engendi monasterium se abdidit, factus Monachus. Verum vix annis tribus sic vixerat, cum votis omnium electus est Abbas, magno cum loci illius commodo, cui vivus prudenter sua multipliciter profuit, sed mortuus anno 581 multo etiam magis miraculis: unde factum ut S. CLAVDII deinceps vocatus locus sit. Incorruptum semper corpus, anno 1243 solenniter translatum fuit: exindeque scripta invenitur longa miraculorum series, quorum præcipua relata legentur in Actis Sanctorum Bollandianis, opera Petri Francisci Chiffletii, ex ipsius loci monumentis collecta.

Cum vocatus fueris ad nuptias; vade, regumbo in novissimo loco. Luc. 14.



S. NORBERTUS ARCHIEP.

Defensio mysterii Eucharistici.

Deus, qui B. NORBERTVM, Sacra-
menti admirabilis vindicem, Antver-
piensibus fieri voluisti; tribue quæsu-
mus, ut quod olim potuit in terris mo-
riturus, nunc è cælo efficiat immor-
talis.

Ora pro Ordine Premonstratensi.



NORBERTVS, Sanctis in Clivia natus, nejusdem loci Canonicus erat, quando ad Sauli modum dejectus ut surgeret anno 1115, totum se dedit verbo Dei prædicando; accepta ad id ampla, primum à Gelasio II, tum à Calixto II facultate. Eum in Remensi Concilio cognitum secum deduxit Bartholomeus Laudunensis Episcopus. Ab hoc donatus Præmonstrato, & Clericis ad 40 ascitis auctus, Ordinem ibi suum instituit, sub habitu candido & S. Augustini regulæ: qui mox in plures Abbatias propagatus, etiam Antverpiæ radices egit, post Sacramentariam impuri Tanchelini hæresim ibi extirpatam anno 1122. Quadriennio post omnia confirmavit Honorius II, & Sanctus Spiræ electus est Magdeburgensis Archiepiscopus. Römam deinde abiit cum Lothario Rege & Innocentio II; indeque schismate extincto regressus, obiit 1135, 6 Junii, quo etiam Romana Ecclesia colendum suscepit. Ordo vero suus eum colit 11 Julii, ex speciali Sedis Apostolicæ indulto. Pragenses etiam Dominicæ 4 Paschali, qua an. 1627 festivissime celebrata est sacri corporis Translatio.

*Nisi manducaveritis carnem filii hominis
.... non habebitis vitam in vobis. Joan. 6.*



S. MEDARDUS EPISCOP.

Dilectio inimicorum.

Valeat apud te, Domine, S. MEDARDI pro nostris offensis deprecatio; quem erga sibi malefacientes benignum, tui in cruce pro inimicis orantis laudamus imitatorem.

Ora pro nostris adversariis,

¶

Nobili prosapia Salentiaci in Veronamduis natus MEDARDVS, miraculis nonnullis in pueritia, pluribus Sacerdos ordinatus claruit; magis tamen benevolentia erga eos, quos sibi molestos aliquando patiebatur. Patriæ suæ circa 530 factus Episcopus, propter barbarorum irruptiones, Sedem transtulit in Castrum Noviomense, cui mox Tornacensem Ecclesiam adjunxit; mortuo cui puer puer Episcopatum prædixerat S. Eleutherio. Noviomini moriturum an. 545 Rex Clotharius exoravit, ut Suessonibus sepeliri se sineret; & corpori in destinatum locum ferendo suos ipse humeros subjecit. Crebrescentibus deinde miraculis ecclesiam ædificare cœpit, quam, ipso istic ad Sancti pedes tumulato, filius Dagobertus absolvit. S. Bathildis locupletavit, & Lüdovicus Pius Imp. anno 825 à fundamentis novam fecit. Sed eodem seculo irrumptentes Normanni Monachos cum Sanctorum corporibus ad Besuense cœnobium fugere compulerunt: unde eadem an. 901 ad Divionensem S. Stephani ecclesiam delata sunt. S. Venantius Fortunatus Vitā carmine & prosa scripsit.

Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Mat. 5.



SS. PRIMUS & FELICIANUS.

Mutua ad virtutem cohortatio.


Deus, qui SS. PRIMVM & FELICIA-
NVM, mutuo roboratos exemplo, si-
mul dignatus es coronare; da, ut nos
invicem cohortantes ad virtutem, pa-
riter omnes, intercedentibus ipsis, per-
veniamus ad præmium.

*Or a pro malum exemplum præbenti-
bus, &c.*

PRIMVS & FELICIANVS, Fratres gran-
dævi (octogenarius fuisse posterior di-
citur) ad Cæsareum tribunal Romæ addu-
cti, ultima sub Diocletiano & Maximiano
persecutione, post flagra communiter ibi
tolerata, missi Nomentum sunt Præsidi
Promoto, à fidè aut vita deturbandi. Hu-
jus jussu FELICIANVS plumbatis cæsus, ma-
nusq; ac pedes affixus palo, triduum impa-
stus stetit: PRIMVS sustibüs, lampadibus &
plumbo bulliente probatus fuit. Tum am-
bo simul objectileonibus, atque ab his ni-
hil læsi, conversis ad fidem 1500 spectato-
ribus, capite plexi sunt, milliario 14 ab ur-
be Roma, ubi super eorum corpora dein-
de basilica erecta stetit. Sed ea sub annum
650 in Urbem ferri jussit Theodorus Pa-
pa, ad S. Stephani in Cœlio monte: postea
Fritislariam nescio quis abstulit: Abraham
autem Episcopus, anno 874 iratum Otto-
nem fugiens, in Carinthiam, erecta ipsis ibi
Collegiata Camnicensi. Jam vero ea Li-
thopoli in Carniola reperiuntur apud
Minores, unde Canonici isti anno 1633,
cum frustra tota repetiissent, partem obti-
nuerunt.

In vicem se hortabantur mori fortiter.
2 Mach.7.

68
an-
di-
du-
ano
ibi
esdi
Hu-
ma-
pa-
us &
a am-
is ni-
tato-
b ur-
dein-
num
is Pa-
oste
aham
Otto-
sis ibi
ea Li-
apud
638,
obti-
rtiter.



S. BARNABAS APOSTOLUS.

Zelus contra Iudeos.

Deus, qui Jūdæorum perfidiam, S.
BARNABÆ Apostoli prædicatione &
miraculis, multipliciter confundere
dignatus es; da per ejus merita nobis
salubriter compunctis constantiam in
fide, & illis veritatis agnitionem.

Ora pro Iudeorum conversione.

6

BARNABAS, Levita Cyprius, post Christi resurrectionem missus ab Apostolis Antiochiam, eodem tertio post anno etiam Paulum adduxit; cum ipsoque ordinatus Hierosolymis Apostolus, revertit ad Antiochenos, jam cœptos dici Christianos. Post variis autem in prædicando gentibus Euangelio excursus, separatus à Paulo in Cyprum navigavit, & insulam totam egregie excoluit. Fieri autem potest ut sub anno 49 Romam interim iverit; & ibi non permissus Claudii decreto subsistere, transferit Mediolanum, istamque & alias circum Ecclesias sit exorsus. In Cyprū tamen cito rediit, & Salaminæ Cathedram fixit; ubi excitata à Judæis seditione, an. 53 per pedes tractus extra urbem, & igni est traditus. Discipuli intactum à flammis corpus sepelierunt in crypta, ubi an. 478, ipso met revelante, inventum, sed seculo 7 translatum Justinianopolim in Thracia est, ac denique de vectum Tholosam in Gallia. Caput Mediolani pridem esse creditur, in æde Franciscanorum, SS Nazario & Celso sacra, ubi illud S. Carolus Borromeus anno 1571 recognovit & aptius collocavit.

Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt Israëlita. Rom. 9.



S. JOANNES A S. FACUNDO.

De votis sub Missa sacrificio.


Deus, qui S. JOANNI sacrificanti concessisti ineffabilia divinitatis humanitatisque tuæ mysteria intueri; concede, ut Missam digne faciendo audiendumque, uberes ejus fructus percipere mereamur.

Oratio pro Eremitis S. Augustini.



JOANNES ex oppido S. Facundi, ubi anno 1429 natus erat, in familiam Burgensis Episcopi transgressus; variis beneficiis ab eo auctus erat, quando impetrata facultate recedendi, omnibusque renuntiandi, Salamanticam abiit jam Sacerdos: & post sumptum ibi Doctoratus gradum, Eremitis Augustiniinis se adjunxit 1463. Inter hos mira præcellens sanctitate, discreti Confessarii, Prædicatoris Apostolici, & devoti Presbyteri partes omnes sic explevit, ut quantus in ipsis esset, miraculis quoque pateficerit Deus. Quia autem in Missæ sacrificio tam erat morosus, ut gravis esse inciperet audientibus ac ministrantibus; fateri coactus est, quam tremenda Divinitatis summæ & incarnati Verbi mysteria in ipso conspiceret, sub sacra Hostia. Obiit antem in Conventu Salmanticensi an. 1479, II Junii, eumq; an. 1690 Sanctorum Catalogo adscripsit Alexander VIII. Celebatur tamen ejus sepulcrum, jam prius miraculis celeberrimum, unde mox initio seculi XVI de ejus canonizatione cœperat agi.

Quotiescumque manducabis panem hunc . . . mortem Domini annuntiabis.
I Cor. II.



S. BASILIUS EPISCOPUS.

Defensio orthodoxæ doctrinæ.

Deus, qui virtute & oratione R. BASILII orthodoxam doctrinam defendere & illustrare dignatus es; concede, ut, ipso intercedente, Catholicæ fidei insistentes, ejus in cælis præmium assequamur.

Ora pro fidei defensoribus,

BASILIVS, cui eruditio & virtus Magni cognomen peperit, à SS. Basilio & Emmelia editus circa 316, à S. Macrina via fidei principiis imbntus, à patre humioribus litteris excultus; doctrinæ amore varias orbis Academias adiit. Athenis contracta cum S. Gregorio Theologo amicitia, rediit in Cappadociam patriam suam an. 356, ubi totum se ad sacrarum litterarum & virtutis studia contulit. Faetus, post aliquot annorum anachoresim, Cæsareensis Episcopus, hæreticorum terror, orthodoxorum amor, Philosophorum decus, Monachorum pater, consolator pauperum & afflictorum audiit. Valentis Imp. Ariani minas fortiter contempsit, & Deo protegente evasit feliciter. Inter perpetuas infirmitates corpus suum jejuniis continuis macerabat, donec an. 371 spiritum Deo reddidit i Januarii, licet hoc die festum ejus celebret Romana Ecclesia, multum commendans egregia ejus scripta.

Argue, obsecra, increpa in omni patienti doctrina; erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt. 2 Tim. 4.



S. ANTONIUS DE PADUA.

Meliorum emulatio.

Deus, qui B. ANTONIVM, Martyrii desiderio succensum, ad Ordinem Minorum transire fecisti; da ut semper meliora emulantes, ipso deprecante, tui amoris fervore majori inflamme-
mur.

Ora pro cupientibus proficere.

ANTONIVS, Ulissipone in Lusitanâ natus 1195, quindennis Canonicis Regularibus se applicuit. Cum autem allata essent Sanctorum quinque Fratrum corpora, an. 1220 Marochii cæforum; spe martyrii transiit ad Ordinem Franciscanum. In hoc non quidem quod optabat, sed Apostolicorum laborum afferat, asecutus, & concionibus habendis admotus est; tanto ubique cum plausu & fructu, ut audiens eum aliquando Pontifex, Arcam testamenti nuncupaverit. Extremum ille Patavii dixerat 1231, cum ad suburbanum conventum secessit, ibique obiit. Magna inde pompa translatus in urbem (à qua cognomen deinceps retinuit) tot miraculis mox inclaruit, ut anno sequenti sit à Gregorio IX adscriptus Sanctis. Corpus an. 1263 in novam ecclesiam translatum fuit, & lingua, tunc adhuc incorrupta, hodieum talis servatur. Interim diffusus toto orbe est cultus per frequentia miracula; sed Patronum imprimis invocant illi, qui recuperare amissa laborant. Officium ut duplex esset Clemens X jussit. *Emulamini charismata meliora. I Cor. 12.*



S.LANDELINUS ABBAS.

Horror inferni.

Deus, qui S.LANDELINVM, infernalium pœnarum objectu, à flagitiosa ad religiosam vitam traduxisti; da nobis earumdem cogitatione salubriter compungi, & ad cœlestia gaudia ejus interventu perduci.

Ora pro desperate flagitiosis,

¶

LANDELINVS, ex S. Autberti Camera-
censis Episcopi disciplina, ad seculum
retractus à consanguineis; inde ad omnia
prolapsus flagitia, etiam latronum factus
est ductor. Lugebat perditum sanctus se-
nex: nec frustra. Ipso enim orante, vidit
nocturno visu Maurosus (sic enim mutato
nomine Landelinus dici voluerat) socii
unius sui animam ad inferos à dæmonibus
rapi: salubriterque compunctus rediit ad
magistrum. Ab hoc sacris initiatus Ordini-
bus, pœnitentiæ causa ter Romam adiit, &
quod habebat patrimonium satis amplum,
fundandis in Hannonia Monasteriis secu-
lo 7 impendit. Quatuor ea sunt, Lobense,
Alnense, Waslariense, & Crispiniense. In
hoc, eodem vel sequenti seculo, diem etiam
clausit extreum, & corporis sui deposi-
tum religiose colendum reliquit: cuius ibi-
dem Translatio duplex celebrata fuit; pri-
ma 770, altera 1105, cum jam unus so-
ciorum ejus, Adelinus vel Domitianus,
qui pariter cum eo coluntur, ab anno 836
translatus esset in Westphaliæ.

*Quis poterit habitare cum igne devoran-
te? quis habitabit ex vobis cum ardoribus
sempiternis? Isa. 33.*



S. LUTGARDIS VIRGO. -

Custodia oculorum.

Deus, qui S. LUTGARDIM, cælestibus
gratiis cùmulatam, corporali visu diu-
carere voluisti, da nobis ipsius depre-
catione adjutis, eodem tam moderate-
uti, ut æterno lumine numquam
privemur.

Ora pro corporaliter cæcis,

¶

...m. Pochas delineavit.

LVTGARDIS, an. 1182 apud Tungros in Brabantia nata, in monasterio S. Catharinæ Benedictinum habitum duodennis suscepit; exinde, post nonnulla pro castitate certamina, magnis Christi Deiparæque & Sanctorum cumulata favoribus, dolenter tulit ab his avelli, per curas regiminis sibi frustra reluctantis impositas. Igitur, divinus instructa quidageret, anno 1206, ætatis 24 Aquitiam transiit ad Ordinem Cisterciensem, ibique vixit ad 1246. Frequens ei arctumque cum oratione pene continua jejunium erat, pro vivorum peccatis & defunctorum pœnis luendis; magno utrorumque fructu, sæpe sibi per visum revelato. Undecim ultimos annos transegit visu corporali orbata; nec nisi sub obitum aperuit oculos, non amplius claudendos; quando corpori toti juvenilis etiam candor rediit, & sic illata tumulo est: inde vero postmodum elevata ossa sub altari sunt collocata. Vitam, revelationes, miracula descriptis secretorum ejus omnium conscius, Vener. Thomas Cantipratanus.

Pepigi fædus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine: Job 31.



S. ALENA VIRGO M.

Usus orationis matutinae.

Deus, qui B. ALENAM, matutinas preces devote frequentantem, duplice laureola virginitatis & martyrii condicasti; da ut ad te primo mane evigilantes, totum diem sancte in tuo servitio transigamus.

Ora pro somniculosis ad preces,

¶

Ad lugit Patrum

Circa annum 640, vivebat Dilbecç pro-pe Bruxellas, Regulus adhuc gentilis Levoldus, cuius filia virgo ALENA, cum Christi fidem baptismumque clam suscepisset, quot noctibus per tenebras ibat ad matutinam synaxim Forestum. Hoc in exercitio à submissis per patrem indignatum ministris deprehensa, cum retrahî se nulla vi pateretur, expiravit inter eorum manus. Brachium ab humero avulsum (novit Deus quo modo) & Foresti super altari positum invisiibili manu, excivit fideles ad requiriendum corpus; ad quod cum crebra miracula fierent, amplior primum ecclesia, dein & monasterium nobilium virginum, quod hodieum perseverat, est conditum anno 1096, sub regimine Abbatum Affligem- sium; quorum unus Godisalcus 1193 sa- cra ossa elevavit. Capsa anno 1523, itemque 1600 aperta, inventa est pene omnia adhuc continere; estque eadem an. 1644 in argenteam valde speciosam commutata, quæ nunc servatur super altari, quod in Choro, Patronæ bene merenti, novum e- rexit Sanctimonialium pietas 1682.

Oportet prevenire solem, ad benedictio- nem Dei, & eum adorare. Sap. 16.



SS. MARCUS & MARCELLIAN.

Fuga respectus humani.

Deus, qui Sanctos MARCVM & MARCELLIANVM omnem carnis affectum superare fecisti; da ut eorum confortati exemplis, nullo unquam humano respectu à bonis tibi placitis abducamur.

*Ora pro salute consanguineorum,
Eg.*

pro-
nihilis
cum
usce-
at ad
n ex-
atum
nulla
anus.
Deus
sitem
equi-
mira-
i, dein
quod
anno
cemen-
93 sa-
item-
omnia
344 in
utata,
od in
um e-
editio-

MARCUS & MARCELLIANVS fratres, insigni nobilitate conspicui, circa annum 287, propter confessionem fidei Christianæ, docente S. Sebastiano suscepit, ducebantur ad mortem, sed intervenere parentes utriusque, cum eorum uxoribus liberisque, & 30 dierum inducias impetraverunt, quibus ipsos flecterent ad Imperatorum Diocletiani & Maximiani præcepta implenda. Ad hoc novum certamen nutare videbantur, quos flectere timor mortis non potuerat; sed supervenit opportune S. Sebastianus, iisque confirmavit verbis, quibus & patrem eorum Tranquillimum, & alios mille quadringentos induxit ad baptisum suscipiendum. Insistebant ergo pariter omnes exercitiis pietatis apud Palatii Zetarium Castulum (ubi eos S. Caius Papa Diaconos ordinarat) cum Fabiano Præsidi prodditi sunt; & Sancti fratres fixis ad palum pedibus diem noctemque stare compulsi, & ad extremum actis perlateral lanceis confossi fuerunt.

Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Gal. 1.



SS.GERVAS. & PROTAS. MM.

Devotio erga Sanctos Martyres.

Deus, qui B. Ambrosium cum populo suo, SS. GERVASII atq; PROTASII mirabili inventione lætificasti; concede nobis, ipsorum ac ceterorum Martyrum tuorum passiones gloriofas commemorando, imitari virtutes.


Ora pro Italicis Provinciis,

159

Novam Mediolani Basilicam anno 385
dedicaturus S. Ambrosius; cum eam
cuperet venerabiliorem reddere Sancto-
rum illuc inferendis Reliquiis, tales ante
cancellos SS. Naboris & Felicis latere, ar-
cano quodam instinctu didicit. Jussâ ergo
ibidem eruderari terrâ, post convenientia
quædam signa, invenit duos miræ magnitu-
dinis viros, ut prisca ferebat ætas (ita ipse,
sorori Marcellinæ scribens) omnia scilicet
ossa integra, & sanguinis plurimum. Verè
Sanctorum ea esse, mox docuere miracula;
& certius ceteris, illuminatus in eorum
translatione cæcus; sicut ipsemet sanctus
Doctor, Sancti q; Augustinus & Paulinus
asserunt, oculati testes, Nomina esse GER-
VASIVS & PROTASIVS, seniores quidam ex
civibus persuasere, memores hujusmodi-
tulum istic loci olim à se lectum. Ingenti
lætitia celebrata est eorumdem sub altari
depositio 19 Junii, tertio ab inventione
die; utque ea latius una cum cultu ipsorum
sese defunderet, haud gravate concessit
Ambrosius Episcopis aliis, cis- & transalpi-
nis, aliquid de Reliquiis & Sanguine, ad
quæ complura patrata miracula.

*Ecce quomodo computati sunt inter filios
Dei, & inter Sanctos sors illorum est. Sap. 5.*

385
n eam
ancto-
s ante
e, ar-
a ergo
ientia
gnitu-
a ipse,
clicet
Verè
acula;
eorum
sanctus
ulius
GER-
lam ex
moditi-
ngenti
altari
ntione
sorum
ncellit
nsalpi-
ne, ad
r filios
Sap. 5.



B. JULIANA VIRGO.

Fames sacra Eucharistia.

Deus, qui B. JULIANAM sacrum Viatum,
quod ore non poterat, mirabili-
liori modo suscipere fecisti; da nobis
tanta ejusdem Sacramenti fame tene-
ri, ut eo non privemur in morte, per
quod speramus venire ad vitam.

Ora pro egentibus sacro Viatico,

¶

IVLIANA, Alexii Falconerii neptis ex fratre, ejus qui fuit unus ex 7 fundatoribus Ordinis Servorum B. Mariæ, nata Florentiæ an. 1270, à patruo ac matre vidua ad omnem pietatem educata est. Solicitata ad nuptias, virginitatē Deo vix pubes vovit, & an. 1284 devotū habitū Tertiariæ suscepit de manu S. Philippi Benicii. Exhinc fixā sibi statuit normam; ejunandi, orandi, & corpus castigandi; quam etiam plures docuit observare, scriptis regulis; & has dedit Tertiariarum contubernio, earum electa Priorissa. Vixit eo in gradu usq; ad an. æt. 70 Chr. 1341. Moritura, cum prohiberetur, eructante incessanter stomacho, Viaticum sumere; ipsum saltem sibi adferri petiit: & ecce in sinum ejus provolavit sacra Hostia, ipsumq; foris cruce signatum, mirabiliter intromissa, reliquit. Corpus defunctæ, propter miracula ad illud patrata, sub altari positum an. 1569, translatum est in arcam portatilem novam, capite seorsim pretiosius clauso: Oenipontum etiam in Tiroli an. 1612, delatæ Reliquiæ sunt, ad Annam Julianam Ferdinandi I Austriaci nurum.

Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Prov. 9.



S. SILVERIUS PAPA M.

Perpessio ærumnarum Dei causâ.

Deus, qui B. SILVERIUM Papam, protuendo S. Ecclesiæ contra hæreticos judicio, multa perpessum, glorię Martyrum tuorum coæquasti; da nobis exemplo ejus, nullas pro te ærumnas formidare, & cum ipso coronari.

Ora pro injuste vexatis,

¶

Cum S. Agapetus Papa, 17 Aprilis 536, Constantinopoli obiisset, ob non restitutum hæreticum Anthimum multa passus à Justiniano & Theodora Augustis, festinaverunt quidem hi, tractum in vota sua Vigilium ejus Diaconum, Romam mittere ut Pontifex fieret: sed prævertit Rex Gothorum Theodahatus, & Clero Romano persuasit ut eligerent SILVERIVM Subdiaconum, natione Campanum: isque 8 Junii ordinatus Episcopus fuit. Non ideo tamen spem restituendi Anthimi depositit Theodora: sed obfirmatum in tuendo sacræ Synodi judicio SILVERIVM reperiens, Belizario Duciscripsit, ut quocumq; modo illum ex Apostolico throno deponeret. Concinnatâ ergo contra eum calumnia est, quasi obsidentibus tunc iterum Urbem Gothis tradere eam voluisset. Cumque sedisset an. i men. 5, dies 11, Pontificalibus exutum detrusit in monasterium 16 Novembris. Soluta deinde obsidione evectus in Lyciam, ac deniq; in Pontiam insulam deportatus, ærumnis ibi confectus obiit; & miraculis clarus, meruit Martyr coli.

Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum calorum. Matt. 5.



B. ALOYSIUS GONZAGA S. I.

Studium Angelicæ puritatis.

Deus, qui B. ALOYSIUM Angelicæ puritatis gratia tibi acceptum, religiosæ juventuti in exemplum dedisti; da ut mores ejus imitantes in terris, Angelorum consortio fruamur una cum ipso in cælis.

Orapro religiosa juventute,

Co.

Ferdinando Gonzagâ, Castellionis Mar-
chione, primus filiorum natus Aloy-
sivs an. 1568, ad vitam omnē divino ser-
vitio mancipandam trahi cœpit ab an. æta-
tis 7; decennis autem perpetuæ castitatis
voto sese obstrinxit Florentiæ, dum ibi hu-
manioribus daret operam. Hinc miro in
spiritu progressus fecit, maxime ex quo S.
Caroli Borromæi consilio sacram cœpit
frequentare Synaxim, puer tredecennis.
Madriti deinde existentē Deipara monuit,
ad Societatē Jesu se transferret: sed luctan-
dum diu cum parente fuit. Evicit tamen
constancia adolescentis, ut, cum bona ipsius
ac Cæsaris gratia, an. 1585 jus omne secu-
lare transcriberet fratri: & Romæ ad S. An-
dreæ tirocinium auspicatus, tum ibi, tum
alibi, grandia proiectæ sanctitatis dedit ex-
empla, à Virgilio Cepario postmodum
scripto mandata; cum an. æt. 23, Chr. 1591,
in Collegio Romano, ubi Theologiæ cur-
sum absolvebat, hora ac die prædictis,
obiisset, communi opinione Sanctus; idque
post tri mestrem hæticam, in publici vale-
tudinarii ministerio contractam. Paulus V
Beatum nuncupavit, arisque admovit.

*Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum vi-
debunt. Matt. 5.*

180
Mar-
oy-
ser-
eta-
tatis
hu-
es in
o S.
epit
nis.
uit,
can-
nen
suis
ecu-
An-
um
ex-
um
91,
cur-
tis,
que
ale-
s V
vi-



S. PAULINUS EPISCOPUS.

Caritas erga captivos.

Deus, qui admirabilem S. PAULINI
erga captivos caritatem, gratuita ci-
vium suorum libertate es remunera-
tus; da ut viatorum compatientes
ærumnis, ipsi à vinculis peccatorum
absolvamur.

Ora pro captiuis apud infideles,

¶

Patricio genere, sub annum 344, natus in Aquitania PAULINVS, vir eruditissimus, idemq; an. 378 Valenti Imp. suffe^{tus} Consul, Reipublicæ primā vitæ partem impendit, ducta etiam uxore Therasia felix: sed, amissio quem hæc sibi genuerat filio, sumpsit una cum baptismo altiores spiritus; & anno 382 factus in Hispania Monachus, ac deinde Presbyter, uxorem haud invitam reliquit Barcinone; ipse vero Nolam abiit, sibi Deoq; vieturus ad S. Felicis M. sepulcrum. Hoc dum versibus & ædificiis ornat, moritur urbis Episcopus Paulus, eique communi voto Paulinus sufficitur, & 25 Aprilis ordinatur. Eodem anno 409, Gothi cum Vandalis ex Hispania progressi, Campaniamq; & Nolam depopulati, occasionē ei dedere, in captivorum redemptiōnem sic effundendi omnia, ut nobilis viduē filio liberando nihil præter corpus suppetet, quod pro eo daret in servitutem. Et dedit; atque sub hortulani specie occultus latuit; quoad divinitus agnitus, liberque cum suis omnibus dimissus à Rege Thrasimundo, obiit Nolæ an. 431.

Omnia quæ habere poterat, quotidie, con captiis Fratribus, . . . impertiebatur.
Tob: 1.



S. JOANNES BAPTISTA.

Contemptus deliciarum.

Deus, qui B. JOANNEM, Unigeniti tui
Prodromum & Baptistam futurum,
asperioris victus ac vestitus exemplo
prælucere seculis venturis voluisti; da
nobis animum à superfluis deliciis
alienum, & vitam inculpatam.

Ora pro nimium delicatis,

¶

Sterili diu uxoris Elisabethæ conjugio usus Sacerdos Zacharias, dum adoleret incensum Domino, ab Angelo didicit nascitum sibi filium, qui Messiæ futurus Prodromus esset. Factum id sex mensibus citius quam ex Maria nasceretur Christus; & mirabilem sanctificati in utero infantis ortum, mirabiliorēm fecit muto ob incredulitatem patri loquela reddita, mox atq; JOANNI nomen esse scripsit. Latuit is adulterior in eremo, asperime vicitans; quoad prope erat, ut tot seculis expectatus Salvator manifestaretur. Tum scilicet prior JOANNES prodiit, prædicans baptismum pœnitentiæ circa Jordanem; quo etiam ipse met Christus baptizandus accessit; cælesti oraculo agnitus, & indicatus per eum est turbis. Tali officio functus, cum etiam Herodem Règem arguisset, de subducta fratri viventi uxore; primum in vincula coniectus est, deinde etiā capite plexus. Res acta in Machierunte castello creditur: corpus truncum sepelivere apud Sebasten discipuli: quod maximo ibi in honore fuit, post redditam Ecclesiæ pacem.

Habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonā pelliceam circa lumbos suos: esca autē ejus erat locusta & mel silvestre. Matt. 3.



S. FEBRONIA VIRGO M.

Contemptus vitæ temporalis.

Deus, qui S. FEBRONIAM Virginem,
ad quævis tormenta profide sustinen-
da, in signi temporalis vitæ contemptu
obarmasti; da nobis, pro æterna con-
sequenda, præsentem parvi æstimare.

*Orapro regnis Orientis reducendis ad
fidem, &c.*

Sibapoli (forsan Nisibi) in Mesopotamia, vixit in monasterio Bryenæ amitæ virgo **FEBRONIA**; mirisque adolescebat profectibus; quando illuc, sub an. 304, appulit **Lysimachus**, ex mandato Diocletiani exterminaturus Christianos. Erat is matre **Christianæ** natus, nec male illis volebat ipse; sed comes idem & patruus **Silenus**, nepoti additus, ferro ac flamma sæviens, ubi de **FEBRONIA** inaudivit, misit qui extra Etiam ex lectulo, quo decumbebat infirma, tribunali sisterent. Adfuit pro se pugnaturæ **Christus**, tantumq; roboris iuvenculæ addidit, ut traducta per omnia pœnarum genera, tandemq; uberibus, manibus, pedibusq; truncata, collum ense secandum imperterrita dederit. Ad hæc cum animi mortorem non posset dissimulare **Lysimachus**, sua sibi manu mortem consciivit **Silenus**; & ille defunctæ corpus **Bryenæ** reddidit. Ad hoc autem cum multiplicarentur miracula; persecutio cessante, novam ipsi ecclesiam condidit **Episcopus** loci; & **Passionem** **Thomæ** condiscipula scripsit. Postea **Tranum** in Apuliam delatæ, Reliquiæ sunt in capsula, illuc ex naufragio per mare alia p: alibi aliæ esse dicuntur.

Eamus & nos, ut moriamur cum eo. Joan. II.



S. GALLICANUS M.

Hospitalitas erga peregrinos.

Deus, qui admirabilem S. GALLICANI ergo peregrinos atque infirmos caritatem, martyrii laurea coronasti; da ut tantum exemplum pro nostro modulo imitantes, ipso intercedente etiam percipiāmus mercedem.

Ora pro curatoribus Hospitalium,



Patricia Romæ familia, & pluribus Consulatibus illustri, natus **GALLICANVS**, post nonnullam de Persis victoriam, Dux postulatus est contra Scythas, Thraciam ingressos. Id munus cum libens suscepisset, navatæ navandæq; operæ pretium petiit à Constantino, filiam ejus Constantiam; & hęc fidelissimos suos, Joannem & Paulum, comites ei adjunxit. Hi posito in angustiis suaserunt, Christum invocare pro victoria; qui hac obtenta, jam Christianus, & Consul anni 330 designatus, revertit triumphabundus. Tunc occurrenti sibi Constantiæ, cum Attica & Artemia filiabus, per illam conversis, annuit ut ex voto pro se facta virginitatem perpetuam colerent: & ipse, Consulatu dimisso, Ostiam se recepit; totū se traditurus hospitalitati & infirmorum servitio. In hoc pio instituto, cum omnium admiratione, vir talis se exercuit, usq; ad imperiū Juliani. Qui cum juberet deos colere, in Ægyptum recessit, & eremum petiit: à quā abstractus, & Martyr effectus an. 362; mox ut extinctus tyrannus est, conditā Alexandriæ ecclesiā sui nominis, exceptus est. *Hospes eram, & collegistis me. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum. Matt. 25.*



84
n-
v-
ux-
in-
et,
t à
&
m,
iis
ria;
on-
m-
an-
il-
fa-
&
it;
no-
m-
isq;
eos
pe-
an.
di-
ex-
ne.
ra-

S. ADALBERTUS DIACONUS.

Zelus honoris divini.

Deus, qui B. ADALBERTVM, apostolici
spiritus gratia plenum, occidentalibus
Frisiis Doctorem misisti, da ut planta-
ta per eum Religio, rursum apud illos
reflorescat, meritis ejus & precibus
suffragantibus.

Ora pro Catholicis in Hollandia.

6.

Cum S. Willebrordo, aliisq; decem so-
ciis, Frisiæ destinatus à S. Egberto
Presbytero Apostolus, mare trajecit S.
ADALBERTVS Diaconus, in eadem schola
institutus; Frisiamque occidentalem, nunc
Hollandiam Borealem dictam, excolendā
suscepit. Prædicationis acta, & vitæ in eā
spatium, nulla ad posteros monumenta
transmiserunt: solum scitur, sancte defun-
eti corpus prope Egmundam sepultum,
per barbarorum in istam maritimam oram
inversus, in oblivionem venturum fuisse,
nisi Theodoricus Comes, à Carolo Simpli-
ce Fancorum Rege an. 922 ea ditione do-
natus (quod Comitatus Hollandici initiū
fuit) illud exhumasset, restaurata quam ma-
joressuper illud extruxerant ecclesia. Addi-
dit in vicinia Parthenonem, quem ejus fi-
lius Theodoricus II convertit in Abbatiam
Monachorum; quæ, usq; ad mutatam istic
religionem, floruit, multis decorata mira-
culis Sancti illuc translati. Et hæc filius ju-
nioris Theodorici Egbertus, factus Archi-
episcopus Trevirensis, Mediolacensibus
Monachis describenda commisit, Egmon-
dani vero eadem sunt prosecuti. Zelo ze-
latus sum pro Domino Deo exercituum, quia
dereliquerunt pactū tuū filii Israel. 3 Reg. 19



S. GUILIELMUS ABBAS.

Austeritas vita.

Deus, qui per B. GUILIELMVM volui-
sti, eremiticum Benedictinæ Regulæ
institutum, utrique sexui restaurari;
da, ut meritis ejus, rigor iste servetur,
& nos quoque talibus exemplis pro-
ficiamus ad virtutem.

Ora pro Congregationibus Eremiticis,

¶

GVILIELMVS, à quo initium habuit, nunc
quoq; in regno Neapolitano florens,
Montis-virginis Eremiticum institutum,
natus Vercellis erat an. 1085; & 15 æt. suę
peregrinus abiit Compostellam. Inde trans-
iurus Hierosolymam, divinitus monitus
in Italia subsistere, cœpit Montem prædi-
ctum incolere solitarius; deinde & mona-
sterium ibidem, collectis ad se sociis, condi-
dit an. 1123. Postea alio alioq; digressus,
aliquoties mutavit anachoreseos suę lo-
cum, Socio aliquamdiu usus S. Joanne, Pul-
sanensis Ordinis, nunc extinti, futuro
fundatore. Ab hoc digressus, ad alia plura
monasteria fundanda se convertit, utrique
sexui servitura, sub mira vitæ austeritate. In
Siciliam usq; ea causa progresso, & Roge-
rii Regis beneficentia subnixo, miracula
plurima nomen excellentis sanctitatis pe-
pererunt; donec in Guletana propę Nus-
cum Abbatia, diem clausit extremum, anno
1142. Ibi Agnes Abbatissa, paucis post an-
nis capellam erigens, corpus sub altari col-
locavit; & Vitam scripsit Joannes discipu-
lus ejus.

*Ego autem, cum mihi molesti essent, indu-
bar cilicio: humiliabam in jejunio animam
meam. Psal. 34.*

86
ine
ns,
m,
sue
ns-
tus
di-
na-
di-
us,
lo-
ul-
ro
ra
ue
In
ge-
ila
e-
s-
no
n-
l-
u-
e-
m-



SS. JOANNES & PAULUS MM.

Fuga prava societatis.

Deus, pro cuius amore, gloriosi Martires JOANNES & PAVLVS, impii Juliani familiaritatem execrati sunt; concede ut exemplo eorum instructi, & pravorum declinantes consortia, non nisi optimis adhæreamus.

Ora pro mala societati implicitis,



IoANNES & PAVLVS, S. Constantiæ Virgini
nis fideles quoad vixit ministri, & magna
erga Deum pietate clari; cum relictas sibi
ab ea opes liberaliter in pauperes Christianos
erogarent, Juliani Apostolæ cupidita-
tem iuflammarunt, ut sub honoris specie,
eos in suum traduceret obsequium, Jove
adorato. Verum id sibi nuntianti Teren-
tiano Urbis Præfecto, & mortem ni pare-
rent intentanti, responderunt, se Christia-
nissimo Constantino olim famulatos, num-
quam transituros in servitutē impii deser-
toris, nedum Jovi sacrificaturos. Hoc ille
intellecto, mandavit sanctos fratres clam
capite plecti, spargiq; rūmorem, quod in ex-
ilium relegati essent. Sed veritatem aperuit
mendax alias dæmon, filiam Terentiani
ingressus. Qui cum inde esset compulsus re-
cedere, ductus ad locum sepulturæ, credidit
Christo ipsem et Terentianus, & similiter
clam interfactus est. Facta hæcerant anno
362: sed mox perempto Juliano suffectus
Jovianus, requiri Sanctorū corpora jussit;
ipsamq; eorum in qua fuerant humati do-
mum, ecclesiam fieri.

*Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.
Declinate à me maligni, & scrutabor man-
data Dei mei. Psal. 118.*

Virgi-
magna
as sibi
ristia-
dita-
ecie,
Jove
eren-
pare-
ristia-
num-
leser-
c ille
clam
in ex-
eruit
tiani
us re-
didit
iliter
anno
ectus
ussit;
i do-
lexi.
nan-



S. LADISLAUS REX HUNG.

Oblivio injuriarum.

Deus, qui mitam S. LADISLAI facilitatem ad injurias condonandas, crebris de hoste victoriis es remunera-
tus; da, ut nobis illatas obliviscendo, mereamur ipsi veniam delictorum nostrorum illius meritis obtinere.

Ora pro dissidentium reconciliatione,
¶

Stephani sancti, primi apud Hungaros Christiani Regis pronepos LADISLAVS, cum majore natu fratre Geiza, ex Polonia quo confugerat, in patriam rediit, Salomonis Regis, patruelis sui tyrannidem coercitus, ita volentibus regni ordinibus. Eum ille, victum aliquoties, ad saniora consilia compulit; ac deniq; an. 1074 etiam regnum Geizæ cedere, redditibus contentum. Geizâ mortuo sub an. 1077, Ladislao corona offerebatur; sed hanc ille patrueli reddere maluisset, si lubrica ejus fides & inconstantia id pati potuissent. Titulo tamen regio abstinuit, quo ad ille, cum evocatis in auxilium Chunis prælio victus, desit appare. Tunc primum se dici Regem passus, perrexit regni fines armis tueri contra barbaros, semper victor; & ditioni suæ Sclavoniam, Croatiâ, Dalmatiamq; adjecit. Tandem, rebus domi pacatis, totus erat in apparando bello Hierosolymitano, sacræ Cruciatæ Dux electus; cum propior Bohemiæ tumultuantis necessitas illius arma ad se traxit. Sed fines vix attigerat, cum morbo obiit, an. 1096, Varadini sepultus.

Obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati aique malitia qua exercuerunt in te. Gen. 50.

188
aros
AVS,
onia
mo-
erci-
Eum
asilia
regi-
um.
co-
red-
& in-
men-
tis in
ppa-
llus,
bar-
avo-
Tan-
n ap-
acræ
phe-
a ad
nor-
trum.
exer-



S. HEIMERADUS PRESB.

Contemptus humani tolerantia.

Deus, pro cuius amore S. Presbyter
HEIMERADVS, contumelias & flagra-
perpessus, soli tibi placere studuit; cor-
rige in nobis laudis humanæ appeten-
tiam, ut veram apud te gloriam ipso
deprecante mereamur.

Ora pro iis qui parvi te faciunt,

Ep.

Roma ac Hierosolymis reversus Presbyter HEIMERADVS, ex Suevia oriundus, secutus fuerat invitantem ad se Hirsfeldensem Abbatē, sub an. 1014. Sed cum ejus monasterium, extremæ paupertatis asperitatisq; appetenti sibi parum convenire videret, dimitti petiit, nec nisi post flagratorerata ejus est. Fatuum scilicet astimabat Abbas: Westphali autem venientem ad se pro Sancto habuerunt. Sed neq; hoc diu toleravit invidia; Sanctisq; Meinwerco Episcopo & Cunigundi Imperatrici accusatus, hujus jussu iterum flagella subiit, ab isto contemptus fuit. Sed vere Sanctum probavit humilis patientia, probarunt & miracula quibus eum Deus honestabat. Laudis tamen humanæ fugitans, in Hassungen, montem Hassiæ, recessit, ac solitarius aliquamdiu vixit. Gratia curationum clarus & prophetiæ spiritu, etiam ante mortem, an. 1019 obitam, prædixit, nobile ibidem construendū monasterium, quod 10 anno ab obitu cœptum à Moguntino Archiep. Aribone, successores luculenter dotarunt absolveruntque.

Nos stulti propter Christum tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema. 1 Cor. 4.



S. PETRUS APOSTOLUS.

Firmitas fidei.

Deus, qui B. PETRO, Apostolo tuo,
collatis clavibus regni cælestis ligandī
atque solvendi pontificium tradi-
disti; concede, ut intercessionis ejus
auxilio in fide simus stabiles, & à pec-
catorum nexibus liberemur.

Ora pro Romano Pontifice,



SIMON JOANNIS, natione Galilæus, professione piscator, cum fratre Andrea vocatus à Christo, & inter 12 Apostolos primo semper loco habitus; ab eodē etiam nomen PETRI, & claves regni cælorum accepit, futurus universæ Ecclesiæ supremum caput. Talem ergo post Domini in cælos ascensum se gessit, & solus ex omnibus constituit propriam sibi Cathedram, primum Antiochiæ, deinde Romæ, cum jure summi Pontificatus, transituri ad successores. Ne tamen hinc impediretur, Euangelii causa quaquaversum excurrere, Linum & Cletū sibi subordinavit Episcopos Vicarios; quibus etiam tertium addidit Clementem, propter eos quos in ipso Neronis palatio lucratus Christo fuerat: eosq; omnes habuit in Apostolatu supremo successores. Ipse, post victum Simonē Magum, Neronis iussu affixus cruci fuit in Janiculo monte; sed, uti petierat, verso ad terram capite, anno Christi 65. Corpus in Vaticano sepultum à fidelibus, aliquamdiu etiam ad Catacumbas quievit; unde priori loco redditum insigni basilica honoravit Constantinus.

Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus, confirmata Fratres tuos. Luc. 22.



S. PAULUS APOSTOLUS.

Zelus fidei propaganda.

Deus, qui multitudinem gentium B.
PAVLI Apostoli prædicatione docui-
sti, da cunctis Euangelii tui præconi-
bus, eodem quo ipse zelo servere, &
multiplicem fructum Apostolici sui
laboris, ipso adjuvante, referre.

Ora pro Gentilium conversione,

¶

re civitatis Romanæ na-

Cilicia, & Hierosolymis

Stus T
sub Gam disciplina diligenter instru-
ctus in lege Mosaica, tanto hujus zelo ef-
ferbuit, ut ultiō deposceret persequendos
sibi discipulos Christi. Multa ergo mala iis
fecit, donec cum potestate proficiscens ad
idem faciendum Damasci, ab ipsomet con-
spicuo sibi Christo increpitus, ex SAVLO
PAVLVS, ex persecutore factus est Aposto-
lus veritatis. Quid hoc in munere egerit tu-
leritve, prolixè exequitur S. Lucas in Actis,
usque ad biennium commorantis Romæ
PAVLI deductis. Cetera minus perspicua
sunt; nisi quod ab Euangelico excursu quo-
piam Romā reversus, in vincula conjectus
sit, ex mandato Neronis, dolentis pellices
quasdam suas ab eo factas Christianas, à se-
que alienatas. Dignitati civis Romani da-
tum est, ut gladio plecteretur, ad Aquas Sal-
vias, ubi nunc monstrantur tres fontes, qui
ad trinum capitum decussi subsultum cre-
duntur emicuisse, & pro sanguine lacè secta
cervice fluxisse. Ipsum, cum capite S. Petri,
habetur in Lateranensi basilica.

*Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen
meum coram gentibus, & Regibus, & filiis
Israel. Act. 9.*



S. THEOBALDUS EREMITA.

Observantia erga pauperes.

Deus, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti; da ut exemplum B.
THEOBALDI sectantes, ad istud tam
justæ pietatis officium, tuo amore potius,
quam carnali affectu moveamur.

Ora pro immorigeris filiis corrigendis,

¶

nonensis in Gallia diœcesis
natio, nobiliter natus THEOBALDV,
nec ut pubertatem attigit, solitariæ vitæ
underio capi cœpit; sociumq; similis pro-
soli naestus, post aditam Compostellam,
per in Italiam flexit; & Salonicæ, diœcesis
Vicentinæ vico, locum idoneum reperit.
Ibi cibi somniq; parcissimus, vitam asperri-
mam egit, cœlitibus quam hominibus fami-
liarius utens. Inventus tamen etiam istic ab
ibiq; requirentibus parentibus est: nec po-
nuit persuaderi mater, quin apud filium re-
manceret. Et hic quidem eidem indefesse
ministravit, quamvis extremo vitæ biennio
toto corpore exulceratus ipse: moriturus
autem anno 1066 eamdem, & filios suos
spirituales, commendavit Abbatii amico, à
quo etiam illo anno habitum Monachicum
acceperat. Mortui corpus non permiserunt
Vicentini alibi quam apud se, in æde S.
Mariæ, sepeliri: ubi cum multis clareret mi-
raculis, cito in Catalogum Sanctorum rela-
tus est ab Alexandro II, ejus temporis Pon-
tifice. Communicatæ variis ecclesiis Reli-
quiæ similia cultoribus suis attulerunt be-
neficia. Honorē habebis matri tuz, omnibus
diebus vite ejus: memor enim esse debes. que
¶ quanta pericula passa sit propter te. Tob. 4

192
cesis
DVS,
vitæ
pro-
am,
cesis
erit.
erri-
amini-
c ab
po-
n re-
fesse
anio
urus
suos
o, à
cum
runt
e S.
mi-
ela-
'on-
eli-
be-
ibus
que
b.4



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

